Flacci vita, ex vetusto quodam exemplari descripta.

Q. Horatius Flaccus libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos migravit. Quem cum pater puerum Romam misisset in ludū literarium, * parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio, coluitq́, adolescens Brutum, sub quo tribunus militum civili bello militavit, captusque a Cæsare, post magnum tempus, beneficio Mæcenatis non solùm servatus, sed etiam in amicitiam receptus est. Quapropter Mæcenati & Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter assurgit. Scripsit carminum libros 4. Carmen seculare, Epodon, De arte poetica, Epistolarum libros 2. Sermonū 2. Commentati sunt in illum Porphyrion, Modestus, Helenius Acron, omnium optime C. Æmilius.

* Parcissimis, legit Steph.

Q. HORATII FLACCI vita, per Petrum Crinitum Florentinum.

Q. Horatius Flaccus in Venusio Apuliæ oppido natus est: patr..n habuit libertini generis. Vnde illud:

Quem rodunt omnes Libertino patre natum. Pro

cert. [illegible] ireiter annis a[illegible] [illegible]e: quo tempore celebres erant in ciuitate, ex Poëtis Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna: ex oratoribus M. Cicero, Q. Hortensius, & Q. Catulus: ex philosophis Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentanum (vt

Epist. 1. lib. 2. cõstat) a puero audiuit, quem appellat alicubi plagosum: ac mirum quàm breui tempore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili, & auidissimo fuisse traditur in capiendis optimis disciplinis. Vbi autẽ satis visus est nauasse operã Latinis studijs, Athenas se contulit, vt philosophorum præceptis liberiùs incumberet: maximéq; Epicureorũ placita videtur probasse, vt illud vrbanè dictũ testatur:

Epist. 4 lib. 1. Me pinguem, & nitidũ bene curata cute vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuisse dicitur subobscœnis, & ad bilem interdum paulo excitatior: adeò erga amicos gratus, atque officiosus, vt nobiliorum etiam studijs & gratia clarior indies, ac nobilior esset. Nam primò dignitatem Tribunitiã honestis suffragijs est adeptus, & Romanæ legioni præpositus, quod ipse de se scribit. Amicos verò habuit, ex poëtis, Albium Tibullum, Quintilium Varum, cuius obitum officiosè deplorat, Valgium consularem, Virgiliúmq; ipsum: ex prima nobilitate Iulium Florum, Maximum Lollium, & Mæcenatem; cum quo supra septem annos summa familiaritate vixit, quod

cùm

BODLEIAN 4 JAN LIBRARY

cùm locis multis, tũ maximè his versibus apparet: Sat.6.lib.2.

Septimus octauo propior iam fugerit annus,
Ex quo Maecenas me cœpit habere suorum
In numero.

Nam cum ipso quidem Horatio iocari liberiùs Maecenas atque agere consueuit, eidémq; concredere sua studia, in rebus ciuilibus. Cum ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur, variisq; seditionibus æstuaret, secutus primò est Bruti & Cassij partes, quod a multis aliis, & a Sidonio Apollinari traditũ est, qui ad Iuliũ Maiorianum sic refert:

Et tibi, Flacce, acies Bruti, Cassiq; secuto,
Carminis est autor, qui fuit & venie.

Mox verò accidit, ut fauore Maecenatis non dignitates tantùm assequeretur, sed ipsi quoq; Octauio Imperatori foret insinuatus: cùm libere, & amicè ad illum scribat. Illae tamen epistolas, quae feruntur a quibusdam Augusti ad Flaccum, magis confictas opinamur, quam dignas tanto principe, eiusq; summa eruditione: quod ipsum cùm alia multa, tum eloquutio inprimis probat. Composuit perplura, quae vulgò etiã sunt notissima, nos quàm breuissimè repetemus: Libros carminum. 4. Epodon & seculare carmen, quibus Augustum ac Maecenatẽ miris laudibus celebrat. In scribendis Iambicis mirè efficax habitus est, quod & Fabius Quintilianus testatur: Inter lyricos verò, inquit, solus ferè dignus est legi Horatius, quoniam & insurgit aliquando, & plenus est iucũditatis & gratiæ, va-

rijsque verbis, & figuris felicissimè audax. Ex quo illud pervulgatum:

Hic inter Lyricos sublimi vertice Vates
Sidera summa ferit, seu dulcia furta puellæ
Cantat, amicitias, convicia, prælia, paces:
Sive Lycambaïs lacerat latratibus hostem,
Impetit aut vario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoq; sic ad Tonantium de Horatio:

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis vt nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectripotentibus,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Nec non Alcaico, vel Pherecratio,
Iunctо & Lesbiaco, sive Anapæstico:
Vernans per varij carminis Ecglogas
Verborum violis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, & alij veteres, vndeviginti carminũ modos ab Horatio decantatos asserũt, quorũ rationes in tertio de Grammatice libro a Diomede ipso referũtur. Scripsit de arte Poëtica librum ad Pisones: volumina duo Satyrarum, ac totidem epistolarum. In satyra vero Lucilium sequutus est, etsi eum vt luculentũ accusat. Fabius certè Quintilianus præcipuum in satyra dicit hũc ipsum Horatium, ac purum inprimis, & tersum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit, vt ridenti similis, & quasi dissimulans, improbitatem, ac vitia hominum accusaret, quòd ea magis vrge-

ant,

ent, atque afficiant, quæ sensim irrepũt, quàm, quæ aperta fronte inuadunt, quod ipsum & poëta Persius demonstrat:

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & poëta Ouidius ingenuè fatetur magnopere se Horatianis versibus delectatum, & eius carmen diligenter audisse: veluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Bassum, qui Iambicos lusit:

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
Cum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Permultos verò enumerat Horatius, quorum & studiũ & iudiciũ percoluit, vt Plotium, Mæcenatem, Variũ, Virgilium, Pollionem, Fuscum, Viscos, Valgium, Messalam, & alios. Sequutus est eum in componendis Lyricis Paulus Passienus, qui (vt est author Plinius) mirificè illũ exprimebat. Statura fuisse dicitur breui, corpore obeso, oculis lippis, quæ vel ex carmine illius varijs locis colligũtur. Mortuus est autem Horatius anno ætatis suæ 57. vt in Eusebianis annalibus relatum est. Alij supra septuagesimum annum vixisse scribunt, quod ego tamen falsum existimo, vt alibi obseruatum est.

QVINTI HORATIJ Flacci Carminum liber primus.

AD MÆCENATEM, ALIVM alio studio teneri, se autem scribendorum Lyricorum versuum.

Ode. 1. Monocolos. Sunt enim omnes versus Choriambici Asclepiadei tetrametri acatalectici qui constant e spondeo, & duobus choriambis & Pyrrhichio, vel iambo, hoc modo:

Mæcē — nās ătăuīs — ʊʊ — ēdĭtĕ rē — ʊʊ — gĭbŭs ʊʊ
O ēt præsĭdĭūm ēt — ʊʊ — dūlcĕ dĕcūs — ʊʊ — mĕŭm ʊʊ
— — — ʊʊ — — ʊʊ — ʊʊ
— — — ʊʊ — — ʊʊ — ʊʊ

Mæcenas ab Etruscis regibus ortus: vnde ode. 24. Tyrrhena regum progenies.

Studium suū per contentionem aliorum studiorū commendat.

*Al. mobiliū, propter comitiorum inconstantiam, & in suffragijs ferendis leuitatem. Qui semel honoribus,

Mæcenas atauis edite regibus,
O et præsidium, et dulce decus meū
Sunt quos curriculo puluerem
Olympicum
Collegisse iuuat, metáque feruidis
Euitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc si nobilium turba Quiritium*
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit hroreo,
Quicquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere sarculo

Agro

Agros: Attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoüm pauidus nauta secet mare.
Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura sui, mox reficit rateis
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est, qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.
Multos castra iuuant, & lituo tubæ
Permissus sonitus, bellaque matribus
Detestata: manet sub Ioue frigido
Venator, teneræ coniugis immemor,
Seu visa est catulis cerua fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
Me doctarum hederæ pramia frontium
Dijs miscent superis: me gelidum nemus,
Nympharúmque leues cum Satyris chori
Secernunt populo: si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboüm refugit tendere barbiton.
Quòd si me Lyricis vatibus inseres
**Sublimi feriam sidera vertice.*

aut agro colendo addictus est, nullis præmijs poterit adduci, vt nauta fiat. Mercator vel cum periculo fortunam experitur. Quidã toto die genio & voluptati indulgent: multi militiæ: nonnulli venationi ita dediti sunt, vt inde euelli non possint: verum ego, ait, musica & lyrico studio nihil iucundius duco.

Poëtæ enim victores coronis olearceis donabantur.

*al. Sublimis.

AD AVGVSTVM CÆSAREM.

Ode. 2. Dicolos Tetrastrophos. Primi quinque tres versus sunt Hendecasyllabi Sapphici Pentametri acatalectici, qui constant e trochæo, spondeo, da-

ctylo, & duobus trochæis, vel spondeo vltimo, sic:
Iām sā–vtīs tēr––rīs nĭuĭs–vvātquē–vdīræ–
Grādĭ–vnīs mī––sīt pătĕr–vv& rū–vbēxte–v
Dēxtĕ–vrāsā––crās iăcŭ–vvlātŭs–vārcēs––

Quartus autem quisque est Adonius Dimeter Catalecticus, ex dactylo, & spōdeo, vel trochæo: sic:
Tērrŭĭt–vvūrbĕm–v

–v––––vv–v––
–v––––vv–v–v
–v––––vv–v––
–vv–v

IAm satis terris niuis, atque diræ
Grandinis misit pater, & rubente
Dextera sacras iaculatus arceis,
Terruit vrbem:
Terruit genteis, graue ne rediret
Seculum Pyrrhæ noua monstra questæ,
Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere monteis:
Piscium & summa genus hæsit vlmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis,
Et superiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.
Vidimus flauum Tiberim, retortis
Littore Etrusco violenter, vndis
Ire deiectum monumenta regis,
Templáque Vestæ:
Iliæ dum se nimium querenti
Iactat vltorem, vagus & sinistra

C. Cæsaris cædem deos voluisse vlcisci, multis prodigijs territa Roma, & populo metuente, ne iterum diluuium, quod sub Deucalione fuit, vniuersum mortalium genus absorbeat.

Tiberis Numæ regiam & templū Vestę quatit in gratiam vxoris suæ Iliæ, quæ Cęsaris mortem deplorat.

Labitur

Labitur ripa (Ioue non probante) vxorius amnis.
Audiet ciues acuisse ferrum,
Quo graues Persæ melius perirent:
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara iuuentus.
Quem vocet diuûm populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines sanctæ minus audientem
Carmina Vestam?
Cui dabit partes scelus expiandi
Iupiter? tandem venias precamur,
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo:
Siue tu mauis, Erycina ridens,
Quam Iocus circumuolat, & Cupido.
Siue neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor.
Heu nimis longo satiate ludo,
Quem iuuat clamor, galeæq; leues
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.
Siue mutata iuuenem figura,
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæsaris vltor.
Serus in cælum redeas, diuq;
Lætus interfis populo Quirini:
Néue te nostris vitijs iniquum

Posteritas audiet suorum maiorum vitio bellum ciuile gestũ. Prece, quasi dicat, nulla spes est in dijs, cum omnes irati sint ob Cæsaris necem.

Dij amici Romanis, Apollo Troianorũ fautor, Venus Aeneæ mater, Mars Romuli pater. Expressit epitherum Φιλομμειδής, quod Veneri frequenter tribuitur ab Homero.

Periphrasis Martis, a quo Romulus, & ab illo Romani.

Augustũ Mercurium facit, & Cæsaris vltorem, atque illi diutinam vitam imprecatus, suadet vt Romæ potius pater patriæ, quàm deus esse velit.

Ocyor aura
Tollat: hic magnos potiùs triumphos,
Hic ames dici pater, atque princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce Cæsar.

Quos hic Medos dicit Persas priùs appellauit, & solent Attici Persas appellare Medos, quòd a Medis ad Persas imperium translatum sit.

¶ In Virgilium Athenas nauigantem.

Ode. 3. Dicolos distrophos. Primus quisque versus est Choriambicus Glyconius trimeter acatalecticus constans e spondeo, choriambo, & pyrrhichio, vel iambo, sic:

Sīc tē—dīuă pŏtēs—υυ—Cyprīυ—

Secundus verò quisque Choriambicus Asclepiadeus tetrameter acatalecticus, e spondeo, duobus choriambis & pyrrhichio, vel iambo, sic:

Sīc frā—trēs Helĕnæ—υυ—lūcĭdă sī—υυ—dĕrăυυ

——υυ—υ—
——υυ——υυ—υυ

Venus, Gemini, Aeolus dijs nautis præcipuè salutares.

Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,
Ventorúmque regat pater,
Obstrictis alijs, præter Iapyga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor,
Et serues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem

Aes triplex aut pecuniæ cupiditas, aut ferri duricies in contemnendis periculis.

Primus

Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristeis Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infameis scopulos Acroceraunia?
Nequicquam deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili
Terras, si tamen impia
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Post ignem ætheria domo
Subductum, macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors,
Semotique prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis:
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est.
Cœlum ipsum petimus stultitia: neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Infameis, quòd fulmine iaciuntur, vel ob crebra naufragia. Acroceraunia montes sunt in Epiro ita dicti, quòd ea altitudine sint, vt sæpe fulmine petantur. Mortaliũ temeritas, quæ non dubitat quiduis experiri, vt Prometheus Ioui ignem furatus sit, quidã se mari commiserint, Dædalus aërem, Gigantes cœlum affectauerint, Hercules inferos, si dijs placet, inuaserit. Vel ad Phaëtontem hoc referri potest, vel ad Giganteũ.

Ad P. Sextium Consularem, vt latior viuat.

Ode. 4. Dicolos Distrophos. Primus quisq; versus est dactylicus, Archilochius, heptameter, Acatalectus, constans e quatuor primis pedibus spondeis, vel dactylis indifferenter, vt in versu Heroico: deinde e tribus trochaeis, vel spondeo vltimo, sic:

Sōluĭtŭr—υυācrĭs hȳ—υυēms grā——tā vĭcĕ
——υυvērĭs—υēt fă—υuōnī——

Secundus verò quisque est Archilochius, constans ex penthemimeri iambica. 1. ex iambo, vel spondeo, iambo & syllaba: deinde e tribus trochaeis, vel spondeo vltimo, sic:

Trăhūnt υ—quĕ sīc υ—cās—māchĭ—υnā că——rīnās——

—υυ—υυ———υυ—υ—υ——
υ—υ———υ—υ——

SOluitur acris hyēs grata vice veris, & Fauoni:
Trahúntque siccas machinæ carinas:
Ac neq; iā stabulis gaudet pecus, aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.
Iā Cytherea choros ducit Venus, imminente luna,
Iunctæqúe nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiūt pede, dū graues Cyclopū
Vulcanus ardens vrit officinas. (to,
Nūc decet aut viridi nitidū caput impedire myr-
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.
Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna, siue malit hœdo.*
Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas,

Ex veris descriptione occasione sumpta, inuitat ad voluptatem Sextium, cum eò temporis gratia & clementia inuitētur omnes & in Venerē propendeāt, cùm mors ex æquo omnes maneat, & vitę breuitas diu nos sperare vetet, qua exuti aut nihil superest, aut nihil voluptatis sentimus.

* Agnam & Hœdum alij legunt.

Regum-

Regúmque turres: ô beate Sexti,
Vita ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longã.
Iam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilis Plutonia: quò ſimul mearis,
Nec regna vini ſortiere talis:
Nec tenerũ Lycidam mirabere, quo calet iuuẽtus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

¶ *Ad Pyrrham, quo fruatur Iuuene.*

Ode. 5. Tricolos Tetraſtrophos. Primi quique duo verſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, Mecenas atauis edite regibus. Talorũ iacti venereus, quitum fiebat, cum omnes tali iacti diſſimiliter cadebant, vini regem, ſeu magiſtrum conuiuij efficiebat.

Tertius autem quiſque eſt Pherecratius heroicus, trimeter, acatalecticus, conſtans e ſpondeo, dactylo & ſpondeo, ſic: Grātō — — Pyrrhă ſub — ∪∪ antrō — —

Quartus verò quiſq; eſt Glyconius: qualis ille: Sic te diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo:

Cui flā — — nam rĕligās — ∪∪ — cŏmăm ∪∪
— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪ —
— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪
— — — ∪∪ — —
— — — ∪∪ — ∪∪

Quis multa graciliis te puer in roſa
Perfuſus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro?
Cui flauam religas comam
Simplex munditiis? heu, quoties fidem
Mutatóſque deos flebit, & aſpera
Nigris æquora ventis
Emirabitur inſolens,

Meretricis aſtutias inſectatur, quæ ſimplici mũditia infidias mentiretur, quibus adoleſcentium animos caperet & illos emungeret, ſe verò dijs vo-

Qui

ta soluisse, quòd velut è tempestate non sine naufragio euaserit.

Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui semper vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius auræ
Fallacis. Miseri, quibus
Intentata nites: me tabula sacer
Votiua paries indicat uuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo

*Al. Humidu.

AD AGRIPPAM.

Ode. 6. Dicolos Tetrastrophos. Primi quique tres versus sunt Asclepiadei, qualis ille, Mecenas atauis edite regibus. Quartus autem Glyconius qualis: Sic, te diua potens Cypri.

———VU——VU—VU
———VU——VU—VU
———VU——VU—VU
———VU—VU

Negat se esse eo ingenio vt Agrippæ res gestas pro dignitate scribere possit: sibi non conuenire tam sublime argumentum, proinde Varium poetam rectius scripturum eius præclara facinor, aqui ad Homericam felicitatem proximè accedat.

Scribêris Vario fortis, & hostium
Victor, Mæonij carminis alite,
Quam rem cunq; ferox nauibus, aut equis
Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neq; hac dicere, nec grauem
Pelidæ stomachum cedere nescij,
Nec cursus duplicis per mare Vlyssei,
Nec sauam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbelliſq; lyræ musa potens vetat
Laudes egregij Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.

Quòd

Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè scripserit? aut puluere Troico
Nigrum Merionen? aut ope Palladis*
Tydide superis parem?*
Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in iuuenes vnguibus acrium
Cantamus vacui, siue quid vrimur,*
Non præter solitum leues.

* Exprimit epithetum Homericum χαλκοχίτων.

Multis in locis apud Homerum Pallas Diomedi præstò est, & opem fert: & Pin datus Diomedem ait a Pallade Deũ immortalem factum esse.

¶ *Ad Mumatium Plancum Consularem, quòd Tiburtina regione præcipuè delectetur.*

Ode. 7. Dicolos Distrophos. Primus quisq; versus est heroicus hexameter, catalecticus in duas syllabas, constans sex pedibus, dactylo & spondeo indifferenter in omnibus locis: quanquam in quinto aliquando spondeus ponitur, & in sexto dactylus, vbi etiã sæpe pro spondeo trochæus admittitur. Scanditur autem sic:

Lāudā — — būnt ălĭ — υυ ī clā — — rām Rhŏdŏn — υυ aūt Mĭty — υυ lē nēn — —

Secundus autem quisque est dactylicus Alcmanius, tetrameter, catalecticus, habens quatuor vltimos pedes heroici versus, sic:

Aūt ĕphĕ — υυ sūm bīmă — υυ rīs vĕ Cŏ — υυ rīnthī — —

— — — υυ — — — υυ — υυ — —

— υυ — υυ — υυ — —

Laudabunt alij claram Rhodŏ, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos

* Quia Venerem, adeóque Martem ipsũ vulnerauit.

* al. quòd.

Claram, nam αἰθραία antè vocabatur ab serenitatem.

Insigneis, aut Thessala Tempe:
Sūt quibus vnum opus est, intactæ Palladis vrbem
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndique decerptā frondi præponere olivam:*
Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditésque Mycenas:
Me nec tam patiens Lacedæmon,*
Nec tam Larissæ perculsit campus opimæ,
Quàm domus Albunèæ resonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vnda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus vt obscuro detergit nubila cælo*
Sæpe notus, neque parturit imbreis
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæq; labores
Molli, Plance, mero, seu te fulgentia signis
Castra tenent, seu densa tenebit
Tiburis vmbra tui. Teucer Salamina, patrémque
Cùm fugeret, tamen vda Lyæo
Tempora populea fertur vinxisse corona,
Sic tristeis affatus amicos:
Quò nos cunque feret melior fortuna parente,
Ibimus ô socij, comitésque.
Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucro.
Certus enim promisit Apollo,
Ambiguam tellure noua Salamina futuram.
O fortes, peioráque passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

*al. decerptā fronti.

Aptum, vt Homerum ἱππόβοτον Sic Sophocles appellat Mycenas πο-

λυχρύσους: Alteram in Cypro, de qua ambigi posset, an priori, quæ est in Attica, cederet.

*Ob publicā puerorum institutionem, quę tota erat: posita in patientiæ disciplina.

Alb. fontis & syluæ nomen de quo Vergil. in. 7. Aeneid. Albus λευκόνοος Græcis a serenitate, quā facit, sic dictus.

*al. deterget.

Teucri exēplo Plancum Tibure oriūdum ad hilaritatem prouocat, curis vino largiore fugatis.

¶ Ad

¶ *Ad Lydiam, ne ſæuiat in Sybarin.*

Ode. 8. Dicolos diſtrophos Primus quiſq; verſus Ariſtophanius Dimeter Acatalectícus, conſtans e Choriãbo, & Bacchio, ſine amphimacro, hoc modo:
Lȳdĭă dīc – ∪∪ – pĕr ōmnēis ∪ – –
Secundus autem quiſque eſt Choriambicus Alcaicus tetrameter Acatalectícus, conſtans ex epitrito ſecundo, duobus choriambis & bacchio, ſine amphibracho, ſic:
tē dĕōs ō – ∪ – – rō Sȳbărĭn – ∪∪ – cūr prŏpĕrēs – ∪∪ – ămāndō ∪ – –
– ∪∪ – ∪ – –
– ∪ – – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ – –

LYdia dic, per omneis
Te deos oro, Sybarin cur properes* amando
Perdere? cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atque ſolis?
Cur neque militaris
Inter æquales equitet, Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis?
Cur timet flauum Tiberim tangere? cur oliuũ
Sanguine viperino
Cautiùs vitat? neque iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet, vt marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Troiæ
Funera, ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas.

Rivalem ſuũ Sybarin obliquè notat, qui ſic deperiret Lydiam, vt ſe iam neque diſco, neque iaculis, nõ equis, non armis, non natando exerceret, ſed apud eam velut Achilles inter Lycomedis virgines latitaret.
*Dum amaris ab eo.
* Oderit prodidit, licentia carminis dixit.

AD THALIARCHVM.

Ode. 9. Tricolos Tetrastrophos. Primi quiq; duo versus sunt Dactylici Alcmanij Acatalectici, qui cõstant Penthemimere Iãbica, id est, ex Iambo vel spõdeo, Iãbo, & syllaba, quæ dicitur cæsura: deinde duob⁹ dactylis, vel vltimo Amphimacro, hoc modo:

Vĭdēs ∪ – ŭt ālu – tā – stĕt niuĕ – ∪∪ cāndĭdŭm
Sŏrāu – ctĕnēc — iam – sustĭnē – ∪∪ānt ŏnŭs – ∪∪

Tertius aũt quisq; est Iãbicus Archilochius Dimeter hypercatalectus, constans quatuor pedibus, primo, & tertio, iambo, vel spõdeo, secũdo & quarto Iãbo dũtaxat, deinde supereſt syllaba, hoc modo:

Sylua — — lăbō ∪ – rāntēs — — gĕlu ∪ – quĕ

Quartus verò quisque est dactylicus Alcmanius acatalectus, constans ex dimetro heroico, & dimetro Trochaico, id est, e duobus Dactylis, & duobus Trochais, vltimo Spondeo, hoc modo:

Flumĭnă – ∪∪cōnstitĕ – ∪∪rint ă – ∪cūto — —

∪ – ∪ — — ∪∪ – ∪∪
∪ – ∪ — — ∪∪ – ∪∪
— — ∪ — — ∪ – ∪
— ∪∪ – ∪∪ – ∪ — —

Thaliarchum adolescẽtem hortatur ad hilariorem vitam, dum licet per ætatem.

Soracte, mõs in Sabinis, vel vt alij volunt in Fa-

VIdes, vt alta stet niue candidum
Soracte: nec iam sustineant onus
Syluæ laborantes: gelúq;
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus, ligna super foco
Largè reponens, atque benigniùs
Deprome quadrimum Sabina

O Thaliarche

*O Thaliarche merum *diota.*
Permitte diuis cætera, qui simul
Stranere ventos æquore feruido
Deprælianteis, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quærere: &
Quem fors dierum cunq; dabit, lucro*
Appone: nec dulceis amores
Sperne puer, neq; tu choreas,
Donec virenti canities abest
Morosa, nunc & campus, & areæ,
Lenésque sub noctem susurri
Compositа repetantur hora:
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo:
Pignúsque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

liscis. * Amphora duas ansas, quasi aures habente.

Omnes curas dijs cõmitte, qui pro arbitrio in momento tempestatem & tranquillitatem inducũt. *al. fors.

Morosa, quæ moribus est inter se contrarijs.

Pignus, armilla aut annulus.

IN MERCVRIVM.

Ode. 10. Dicolos tetrastrophos: vt, Iã satis terris.

—∪———∪∪—∪—∪
—∪——∪∪—∪—∪
—∪———∪∪—∪—∪
—∪∪——

Hymnus ab Alcæo mutuò sumptus quo laudat Mercurium a genere, ab eloquentia, & sermonis, musicæ, palęstrę, & furti inuẽtione. Maia Atlantis filia Mercurij mater fuit ex Ioue.

MErcuri facunde, nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, & decoræ
More palæstræ:
Te canam magni Iouis, & deorum
Nuntium, curuæq; lyræ parentem:

Callidum, quicquid placuit, iocoso
Condere furto.
*Te,*boues olim nisi redidisses*
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.
Quin & Atridas, duce te, superbos
Ilio dives Priamus relicto,
Thessalosq; igneis, & iniqua Troiæ
Castra fefellit:
*Tu*pias lætis, animas reponis*
Sedibus: virgáque leuem coërces
Aurea turbam, superis deorum
Gratus, & imis.

*Dũ terreret te minis, nisi boues redderes furto sublatas, cum risu expertus est tuã in furanda etiam pharetra versutiam. Priamus per exercitum Græcorum illęsus ad Achillem Mercurio duce euasit, Illiados ω.

AD LEVCONOEN, NE FVTVRA INQVIRAT.

Ode. 11. Monocolos. Sũt enim oẽs versus choriãbici Alcaici pẽtametri, acatalectici, qui cõstãt spõdeo, trib⁹ choriãbis, pyrrhichio, vel iãbo, hoc modo:

Tũ nẽ---quæsĭĕrĭs-υυ--scĭrĕ nĕfas--υυ--quẽm
mĭhĭ quẽm-υυ-tĭbĭυυ
Fĭnẽm---dij dĕdĕrĭnt-υυ-Lẽucŏnŏẽ--υυ-nẽc
Băbȳlō-υυ-nĭōsυ-
---υυ--υυ--υυ-υυ
---υυ--υυ--υυ-υ-

TVne quæsieris scire, (nefas) quẽ mihi, quẽ tibi
Finem dij dederint, Leuconoe, nec Babylonios
*Tentaris numeros,*vt meliùs, quicquid exit, pati.*
Seu plures hiemes, seu tribuit Iuppiter vltimam:

*Virg. Æ. 4. Tũ virgã capit, hac animas ille euocat orco: &c. Philosophica sententia ne sapiẽs de futuris anxius a mathematicis pendeat cũ sœlius dei sit præscire futura.

*Vt pati, pro vt patiaris dicit Græcũ illud exprimẽs, ὡς τε φέρειν.

Quæ

Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum: sapias, vina liques, & spacio breui
Spem longã reseces, dum loquimur fugerit inuida
Ætas. carpe diem, quã minimùm credula postero.

Quantò breuius est nostrę vitę spatium, tantò minùs longæ nostræ spes esse debent.

¶ *De laudibus deorum & hominum.*

Ode. 12. Dicolos Tetrastrophos, vt: lã satis terris.

—∪— — —∪∪—∪— —
—∪— — —∪∪—∪— —
—∪— — —∪∪—∪—∪
—∪∪— —

Hac Ode Pindarum imitatus est, in qua miro artificio insinuat se in laudes Augusti, dũ dubitat quid potissimùm dicat, & quid primùm, atque ita obiter celebratis Ioue, Pallade Libero patre, Diana, & cæteris dijs, pan latim ad heroes, & Romanorũ duces, postremô ad Augustum descendit.

Quem virum, aut heroa lyra, vel acri
Tibia sumes celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinet iocosa
Nomen imago,
Aut in vmbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidóue in Hæmo?
Vnde vocalem temerè insequutæ
Orphea sylvæ,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celerésque ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
*Quid prius * dicam solitis parentis*
Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, variisq; mundum
Temperat horis?
Vnde nil maius generatur ipso,
Nec viget quidquam simile, aut secundũ:
Proximos illi tamen occupauit

* Cũ alibi legeretur dicã? solitis parentem, alibi dicã solitis parentum laudibus? Lãbinus ita legendum censuit, quasi diceret: quid prius dicam quàm solitas parẽtis, nẽpè Iouis, laudes?

Pallas honores.

Prælijs audax neque te silebo
Liber, & sæuis inimica virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe sagitta
*Dicam & Alciden, * puerósq; Ledæ,*
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit,
Defluit saxis agitatus humor:
Concidunt venti, fugiúntque nubes:
Et minax (sic dij voluere) ponto*
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius, an quietum
Pompili regnũ memorem, an superbos
Tarquinii fasceis, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum & Scauros, animaq́; magnæ
Prodigum Paulum superante Pœno,
Gratus insigni referam camœna,
Fabriciúmque:
Hunc, & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit, & Camillum
*Sæua paupertas, & * auitus apto*
Cum lare fundus.
Crescit, occulto velut arbor æuo,
Fama Marcelli: micat inter omneis
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores.

Gentis

* In pugna nempe cum gigantibus. vide oden. 15. lib. 2. Geminos, videlicet Castorem & Pollucem, quorũ signum dum oritur, ver appetit, & sedantur tempestates.

* Iambi. pro fic dij, legit, quod sic. Per transitũ Romanos principes cõmemorat Romulum, Numam, Catonem, &c. quò Augustum illustriorem ex illorum collatione reddat, dum illũ omnibus præfert & Ioue tantùm minorem facit.

* Fundus nõ emptus, sed a maioribus acceptus, cũ domo non sumptuosiùs; quàm fundi fructus ferrẽt extructa.

* Creditu est stellã cõma-

Gentis humanæ pater, atque custos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæsaris fatis data: tu secundo
Cæsare regnes.
Ille, seu Parthos Latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho:
Siue subiectos orientis oris*
Seras, & Indos:
Te minor latum reget æquus orbem:*
Tu graui curru quaties Olympum:
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

tam, quæ noctes septem post Cæsaris eçdem fuisit, Cæsaris animum fuisse in cœlum subuersantem.

*al. oræ

*al. lætum, Æquo animo, se interiorem te gerens reget terras, vt tu Cœlum.

¶ *Ad Lydiam amicam suam.*

Ode. 13. Dicolos Distrophos: vt, Sic te diua potens Cypri. ———υυ–υ–
———υυ––υυ–υ–

CVm tu Lydia Telephi
Ceruicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia: væ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa sede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quàm lentis penitus macerer ignibus.
Vxor, seu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ: siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam.
Non, si me satis audias,

Telephum fœdum in odium vocare conatur apud amicam, dum vehementer se zelotypia commoueri dicit, cùm in illum magis affecta videatur, aut alieni amoris vestigium deprehenderit, adeò vt ne a lacrymis quidem possit temperare.

Speres perpetuum, dulcia barbarè
Ladentem oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.
Fœlices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimonijs,
Suprema citiùs soluet amor die.

Felices, quos mors sola a mutuo amore dirimit.

IN BRVTVM, BELLVM CIVILE REPARANTEM.

Sub nauis allegoriâ deterret M. Brutũ poëta, qui sub eo militauerat apud Philippos, vbi fusus cum exercitu Brutus ab Augusto, bellum instaurare parabat, iam viribus attritis & collega Cassio extincto, quare nõ tutum iterũ belli euentũ experiri etsi maximè posset.

Ode. 14. Tricolos Tetrastrophos, vt, Quis multa gracilis te puer. – – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – ∪
– – – ∪∪ – ∪∪

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus: ô quid agis? fortiter occupa
Portum. nónne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo,
Antennæq; gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea:
Non di, quos iterum pressa voces malo:
Quamuis * *Pontica pinus*
Syluæ filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile:
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu, nisi ventis

*Quamuis generis nobilitate glorieris, nihil enim curant milites.

Nisi vis esse iudibrio vētis in naufragio.

Debes

Debes ludibrium, cane.
Nuper sollicitum quæ mihi tædium,
Nunc desiderium, curaq; non leuis
Interfusa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Cyclades, insulæ sunt in mare Aegęo, quas Virg. sparsas appellat. Aene. li. 3.

NEREI VATICINIVM DE RVINA TROIÆ.

Ode. 15. Dicolos Tetrastraphos: vt, Scriberis Vario fortis, & hostium. ——vu——vu—vu
——vu——vu—vu
——vu——vu—vu
——vu—vu

Nereum introducit, qui Paridi belli Troiani exitium vaticinetur, imitatus Bacchilidem poetam Lyricum, qui idem argumentum tractat sub Cassandræ persona. Ait enim magno suo, & suorum malo Helenā ab illo raptā. Nam præterquam quod ipse ab Aiace cæsus dabit pœnas, vniuersi Græciæ proceres, Vlysses, Nestor Teucer, Diomedes, & ceteri, Iliū etiā

Pastor cùm traheret per freta nauibus
Idæis Helenen perfidus hospitam:
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, vt caueret fera
Nereus fata. Mala ducis ani domum
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Eheu, quantus equis, quantus adest viris
Sudor? quanta moues funera Dardanæ
Genti? iam galeam Pallas, & ægida,
Curruſq; & rabiem parat.
Nequicquam Veneris præsidio ferox,
Pectes cæsariem: grataq; fœminis
Imbelli cythera carmina diuides:
Nequicquam thalamo graueis
Hastas, & calami ſpicula Cnoſij

Vitabis,

Priami patris regiam funditus euertent, & ad vnum omneis hosteis ad internecionem delebuut.

*Lambi. legit Teucer: te Sthenelus &c Distribues, singularum gratiam canēs: vel, quòd magis probandum est, distinctè, & dispositè alijs atque alijs neruis percussis modulaberis.

*Furit præ ardenti desiderio te reperiendi.

*Aristoteles ceruum in timidis animātibus numerat: tum Homerus timidos homines ceruis comparare solet.

Vitabis, strepitúmque, & celerem sequi
Aiacem: tamen heu serus adulteros
Crineis puluere collines.
Non Laërtiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Nestora respicis?
Vrgent impauidi te Salaminius,
**Teucérque & Sthenelus sciens*
Pugnæ, siue opus est imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoque
Nosces, ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre:
*Quem tu, *ceruus vti vallis in altera*
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisq́, Phrygum classis Achilei.
Post certas hyemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

PALINODIA AD TYNDARIDEM AMICAM.

Ode. 16. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides alta stet niue candidum.

— — U — — — UU — UU
— — U — — — UU — UU
— — U — — — U — —
— UU — UU — U — —

Recātat quæ petulātius in amicam scri-

O Matre pulchra, filia pulchrior,
Quem criminosis cunque voles modum

Pon

Pones Iambis, siue flamma,
Siue mari libet Adriano.
Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius:
Non liber aquè, non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes vt iræ: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.
*Fertur Prometheus addere * principi*
Limo coactus particulam vndiq;
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Iræ Thyesten exitio graui
Strauere: & altis vrbibus vltimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeret q; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Compesce mentem: me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in cèleres iambos
Misit furentem, nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs, animúmq; reddas.

serat: se id vt ageret iracúdia actum, qua nihil impotentius atque intractabilius fatetur. Imitatus est aute Stesichorum Siculum, qui id prius de Helena fecerat.

* Cybele, Rhea, sic dicta a Dindymis, monte Phrygiæ,

* Ex quo primi homines fuerunt ficti. Atrei & Thyestæ exemplo, iræ atrocitatem & tyrannidem ostendit, quam in stomacho locum habere dicit.

AD TYNDARIDEM DE LAVDIbus agri Sabini, & montis Lucretilis.

Ode. 17. Tricolos Tetrastrophos: vt, Fides vt alta

alta ſtet nite candidum.

——ᴗ———ᴗᴗ—ᴗᴗ
——ᴗ———ᴗᴗ—ᴗᴗ
——ᴗ———ᴗ——
—ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗ——.

VElox amœnum ſæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æſtatem capellis
Vſque meis, pluuioſq́, ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latentes, & thyma deuiæ
Olentis vxores mariti:
Nec viridis metuunt colubros,
Nec Martialeis hœdilia lupos.
Vtcunque dulci Tyndari fiſtula
Valles, & Vſticæ cubantis
Lauia perſonuere ſaxa.
Di me tuentur, dis pietas mea,
Et muſa cordi eſt: hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle, canicula
Vitabis æſtus: & fide Teia
Dices laborantes in vno
Penelopen, vitreamq́, Circen.
Hic innocentis pocula leſbij
Duces ſub vmbra: nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum

Tyndaridem puellam, quã priùs iambis offenderat, inuitat ad rus ſuum quod in Sabinis habebat, vt illi plenius ſatisfaciat. Quòd autem facilius perſuadeat, laudat illud ab eo, quod dij eo ſeceſſum delectentur, a pecudũ & rerum omnium copia, ab amœnitate & ſecuritate, qua tuta erit ab ebrioſorũ iuuenum petulantia & Cyri riualis iniuria.

* Lyra Anacreõtis Teij: i. cãtibus qui Anacreontis modis ſint ſimiles. Eius autem poëſis tota eſt amatoria. Cic. Tuſc. lib. 4.

* Non accendentis pectus ad quicquam reprehẽſione dignum.

Suſpe

Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes injiciat manus,
Et scindat haerentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem

AD VARVM, LAVDANS TIBVRTINVM VINVM.

Ode. 18. Monocolos, vt: Tu ne quaesieris scire, (nefas) quem mihi, quem tibi.

———UU——UU——UU—UU

NVllam, Vare, sacra vite prius severis arborem
Circa mite solum Tiburis, & moenia Catili.
Siccis omnia nam dura deus proposuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt solicitudines.
Quis post vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?
Quis non te potius Bacche pater, teque decens Venus?
At, ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata: monet Sithonijs non leuis Euius:
Cum fas, atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam: nec varijs obsita frondibus
Sub diuum rapiam. saeua tene cum Berecynthio
Cornu tympana: quae subsequitur caecus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

Quinctilium Varum poetā hortatur, vt Tiberi vites serat, quod illic optimū vinum nascatur, quo animi curæ commodissimè leniūtur, si adsit in bibēdo modus. Nam quanta ex ebrietate mala proueniant, Centauri, & Thraces exemplo esse possunt. *al. increpat, sed hoc meliùs: quasi diceret, de graui militia, aut paupertate queritur.

DE GLYCERA, QVOD EIVS AMORE VRATVR.

Ode. 19. Dicolos distrophos: vt, Sic te diua potens Cypri.

*al. attollēs, sed mendosè vt videtur. Cui commissa arcana patefiūt, & velut perlucet.

———UU

Queritur veneris & Bacchi, tum libertatis & otij impulsu in amorem trahi, quo occupatus nõ possit scribere res graues, sed amatorias dũtaxat. Innuit autem facilè quenque in amorem incidere, qui vino, & voluptati indulgeat.

*Referre animum ad amores, quibus finem constitueram.

*Parthi fugientes ex equis pugnare solent.

*Non spectãt adres meas, i. ad amorem.

*Aræ loco, vt Venerem placem.

Vile, id est, nouum, nam vetus pretiosum erat.

Leu', id est, resignaui, cũ in theatro tanto plausu acceptus es, vt Vaticanus & Tybris,

———UU—U

———UU——UU—UU

Mater sæua cupidinum,
Thebanæq; iubet me Semeles puer;
Et lasciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aspici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit: nec patitur Scythas,
*Et * versis animosum equis*
*Parthum dicere: nec * quæ nihil attinent,*
*Hic viuum mihi * cespitem, hic*
Verbenas pueri ponite, thuraq;
Bimi cum patera meri
Mactata veniet lenior hostia.

AD MECOENATEM, INVITANS EVM AD COENAM.

Ode. 20. Dicolos Tetrastrophos, vt: Iã satis terru;

—U———UU—U—U

—U———UU—U——

—U———UU—U——

—UU——

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipse testa
Conditum leui, datus in theatro
Cum tibi plausus,

Chare

Chare Mecœnas, eques: vt paterni
*Fluminis ripæ, simul & * iocosa*
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vuam: mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

quĩ in Etruria fluit, resultaret fauentiũ strepitu. Iocosa imago, i. Echo, vt suprà oda. 12.

IN DIANAM, ET APOLLINEM.

Ode. 21. Tricolos Tetrastrophos: vt, Quis multa gracilis te puer in rosa.

———UU——UU—U—
———UU——UU—UU
———UU——
———UU—U—

Hymnus ad chorum virginum & puellarum, vt ludis Apollinaribus, ex instituto L. Syllæ, & libris Martij vatis dedicatis, Apollinis & Dianæ laudes cânãt: quò precibus deliniti, fomẽ pestem & bellum in hostes transferant.

Dianam teneræ dicite virgines:
Intonsum, pueri, dicite Cynthium,
Latonámque supremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuijs, & nemorum coma,
*Quæcunque aut gelido prominet * Algido,*
Nigris aut Erymanthi
*Syluis, aut viridis * Cragi:*
Vos Tempe totidem tollite laudibus
Natalemq́, mares, Delon Apollinis,
Insignémque pharetra,
Fraternáque humerum lyra.
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,
Pestémque à populo, & principe Cæsarem

*Algidũ vrbs parua inter Tusculum, & montem Albanũ: est mõs etiã eiusdem nominis.
*Montis, & vrbis Lyciæ.
*In qua nati sunt Apollo, & Diana.
*Quam a Mercurio fratre accepit.

Perſas, atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

AD ARISTIVM, INDICANS vbique tutam eſſe innocentiam.

Ode. 22. Dicolos Tetraſtrophos, vt, Iam ſa-

terris niuis, atque diræ.

—∪———∪∪—∪—∪
—∪———∪∪—∪——
—∪———∪∪—∪——
——∪∪——

*Mauri.
*Neque.

Scribit Fuſco amico bonũ virum numinis prouidẽtia vbique tutum eſſe, etiam ſi inter res periculoſiſſimas verſetur, neque alio egere adminiculo, quam ſola innocẽtia: quẽ admodũ ipſi contigit, quẽ cum in ſylua ſpaciaretur lupus inermẽ fugit, & contrà, malũ (teſte prouerbio) etiã mus mordeat.

Integer vitæ, ſceleriſq; purus
*Non eget *Mauri iaculis, *nec arcu:*
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra:
Siue per Syrteis iter æſtuoſas,
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, uel, quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Namque me ſylua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & vltra
*Terminum curis vagor *expeditus,*
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
**Daunia in latis alit eſculetis,*
*Nec *Iubæ tellus generat, leonum*
Arida nutrix.
*Pone me, *pigris vbi nulla campis*
Arbor æſtiua recreatur aura:
Quod latus mundi nebulæ, malúſque

*expeditis.
*Apulia: Apuli enim a Græcis Dauni appellantur.
*Mauritania, ſeu Numidia.
*Oras duas deſcribit inhabitabiles.

Iupit-

Iuppiter vrget:
Pone ſub curru nimiùm propinqui*
Solis, in terra domibus negata:
Dulcè ridentem Lalagen amabo,
Dulcè loquentem.

*In zona torrida. Has eaſdem oras, vide a Virg. deſcriptas. Georg. lib. 1.

¶ *Ad Chloen, quod ſe fugiat.*

Ode. 23. Tricolos Tetraſtrophos: vt, Quis multa gracilis te puer in roſa.

———UU——UU—U—
———UU——UU—U—
———UU——
———UU—U—

Vltas hinnuleo me ſimilis Chloë,
Quærenti pauidā montibus auijs
Matrem, non ſine vano
Aurarum & ſyluæ metu.
Nam ſeu mobilibus veris inhorruit*
**Aduentus foliis: ſeu virides rubum*
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris vt aſpera,
Getulùſue leo frangere perſequor.
Tandem deſine matrem
**Tempeſtiua ſequi viro.*

Puellam virorum contactum formidantem increpat, quæ vſque velut hinnulus amiſſa matre trepidet, cū a viris illi nihil ſit periculi, vtpote qui ament, non vt feræ hinnulū quęrant perdere.

*vitis.

*Aduentum.

*Simile eſt Virgilij lib. 7. Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

AD VIRGILIVM, QVINCTILIY mortem immoderate ferentem.

Ode. 24. Dicolos Tetraſtrophos: vt, Scribēris Vario fortis & hoſtium.

———UU——UU—UU
———UU——UU—U—
———UU——UU—U—
———UU—UU

Miro ingenio Virgiliũ monet, vt amici mortem æquius ferat. Ait enim non mediocriter dolere, neque dolori modũ inuenire ob tãti viri iacturam: verum frustra desiderari, quod consequi nõ queas. Lugere autem suprà, quàm satis est, nõ solùm stultum & inutile, verùm etiam impium.

QVis desiderio sit pudor, aut modus
Tam chari capitis? præcipe lugubreis
Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Vrget? cui pudor, * iustitiæ soror
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando vllum inuenient parem?
Multis ille quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili.
Tu frustra pius, heu, non ita creditum
Poscis Quinctilium deos.
Quid si Threïcio blandiùs Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem?
* Num vana redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi?
Durum: sed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

* Fides appellatur ab eo, quòd fiat, quod dictum est, inquit Cicquę res iustitiæ maximè est contentanea.

* Al. Quòd si, & Non, sine interrogationis notis.

AD LYDIAM IAM VETVLAM.

Ode. 25. Dicolos Tetrastrophos, vt: Iã satis ter

—U———UU—U——
—U———UU—U——
—U———UU—U—U
—UU—U

Parc

*Arciùs iunctas quatiunt fenestras
*Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi somnos adimunt amátque
Ianua limen,
Quæ priùs multùm facileis mouebat
Cardines. *audis minus, & minùs iam,
Metuo longas pereunte noctes
Lydia dormis?
Inuicem mœchos anus arroganteis
Flebis in solo leuis angiportu,
Thracio bacchante magis sub inter-
lunia vento,
Cum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet *matres furiare equorum,
Sæuiet circa iecur vlcerosum,
Non sine *questu.
Læta quòd pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hyemis sodali
Dedicet Hebro.

*Al. Iactibus. Insultat meretrici, quæ cum iuuenis, ob formæ & ætatis elegãtiam in amatores esset superbissima, iã vetula vicissim ab illis negligeretur: dum puellis magis delectarentur: digna scilicet pro meritis talione, vt eadem patiatur, quæ alijs fecerat.

* Minùs sæpe audiũtur illæ amatorum voces: Metuo, &c.

*Sic Virg. Georg. 3. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.

*Querêris, quòd iuuentus puellas vetulis anteponat.

DE ÆLIO LAMIA, SIGNIFICANS virum doctum solicitudine & metu carere.

Ode. 26. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta stet niue candidum.

——U———UU—U—
——U———UU—UU
——U———U——
—UU—UU—U——

Ad Lamiam nobilissimum virum, & eruditum, indicans studiosum, & bonis disciplinis excultũ, vacare cũ multis alijs affectibus, tum maximè metu & anxietate.

*Al. Mithridatem.

*Musa Pimplea, a Pimpleo monte & fonte sic appellata. Al. Possunt.

MVsis amicus, tristitiam, & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis, quis sub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
*Quid * Tiridatem terreat, * vnicè*
Securus: ô quæ fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiæ coronam
**Pimplea dulcis, nil sine te mei*
**Prosunt honores. Hũc fidibus nouis,*
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Teq́, tuasq́, decet sorores.

AD SODALES NE IMITENTVR
Thracas in conuiuijs pugnanteis.

Ode. 27. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt al

— — ∪ — — — ∪∪ ∪ —
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

Carmen hoc, cuius argumentum ab Anachreonte sumpsit, προτρεπτικον est, docens inter pocula suauiter quidem vino vtendũ & fabulis: verũ tẽperatè, ne, vt inter barbaros, res

NAtis in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare, Thracum est: tollite barbarum
Morem, verecundumq́, Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat: impium
Lenite clamorem sodales,
Et cubito remanete presso.
Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ

Frat

Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede, quæ te cunque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Ignibus: ingenuoq́ semper
Amore peccas, quicquid habes, age,
Depone tutis auribus. Ah miser,
Quanta laboras in Charybdi,*
Digne puer meliore flamma?
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæræ.*

exeat in rixã & contentionem. Hinc quàm difficile sit semel meretricio amore illigatũ se explicare.

* Græci cænabant accũbentes, & cubito innitentes.

* Quàm rapacem, & auarã puellam nactus es.

* Al. Chimera.

AD ARCHITAM, QVOD LICET *esset mathematicus, tamen interierit: & illius ex Prosopopœia responsio, omnibus moriendum esse.*

Ode. 28. Dicolos Distrophos: vt, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

—UU———UU—UU—UU——
———UU————

TE maris, & terræ, numeroq́ carentis arenæ
Mensorem cohibent, Archita,
Pulueris exigui prope littus parua Matinum
Munera: nec quicquam tibi prodest
Aërias tentasse domos, animóque rotundum
Percurrisse polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor, conuiua deorum:
Tithonúsque remotus in auras:

Architam Tarentinũ geometram, & astrologum nobilissimum inducit a nautis petentem, vt cadauer suum quod e

naufragio in litus eiectũ erat, sepeliãt. Id enim facile, & piũ esse quandoquidem mors omnibus est communis heroibus, & priuatis, & doctis pariter, atque indoctis, quanquam diuersa ratione. nam hoc melior doctorũ conditio, quòd immortalis sit eorum fama, se verò in finu Illyrico per tempestatem perijsse.

*Ad occasum vergẽtis: vel, siti in decliui parte cœli.

*al. fors et.

*Al. inultus.

Et Iouis arcanis Minos admissus: habéntque
Tartara Panthoiden iterum Orco
Demissum: quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus, nihil vltra
Neruos, atque cutem morti concesserat atra,
Iudice te, non sordidus author
Naturæ, verique. Sed omnes vna manet nox,
Et calcanda semel via leti.
Dant alios furiæ toruo spectacula Marti:
Exitio est auidis mare nautis.
Mista senum, ac iuuenum densantur funera, nu
Sæua caput Proserpina fugit.
*Me quoque * deuexi rapidus comes Orionis*
Illyricis Notus obruit vndis.
At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ
Ossibus, & capiti inhumato
Particulam dare: sic, quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperijs, Venusinæ
Plectantur syluæ, te sospite: multáque merces,
Vnde potest, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunóque sacri custode Tarenti.
Negligis immeritis nocituram
*Postmodo te natis fraudem committere * fors*
Debita iura, vicésque superbæ
*Te maneant ipsum: precibus non linquar * inul*
Teque piacula nulla resoluent.
Quanquam festinas, non est mora longa, licebit
Iniecto ter puluere curras.

AD ICCIVM, QVOD A PHI-

losoph

losophia ad militiam se contulerit.

Ode.29. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta stet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
∪ — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

ICci beatis nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras
Non antè deuictis Sabeæ
Regibus, horribiliq; Medo
Nectis catenas. quæ tibi virginum
Sponso necato Barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vnctis,
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Cum tu coëmptos vndiq; nobileis
*Libros Panæti, *Socraticam & domũ*
Mutare loricis Iberis,
*Pollicitus meliora * tendis?*

Expostulat cum Iccio familiari suo, qui omisso philosophiæ studio, prædæ, & pecuniæ inhians militię se addixerat, pręter omnium opinionem: quippe qui pulchrè iam instructus esset ad stoicã disciplinam.
*Socraticam familiam, i. Academicos veteres.
*.al. temnis.

AD VENEREM.

Ode.30. Dicolos tetrastrophos: vt, Iã satis terris.

— ∪ — — — ∪∪ — ∪ — ∪
— ∪ — — — ∪∪ — ∪ — ∪
— ∪ — — — ∪∪ — ∪ — ∪
— ∪∪ — ∪

Scribit hanc oden, velut epigramma quoddam, in sacellũ, quod Veneri Glycera amica dedicabat.

*Fortasse quia munifici homines, qui sunt omnibus grati, omnia habent aperta, & soluta: vnde alibi nudæ gratiæ dicuntur.

*al. opimæ.

*al. feraceis.

OVenus regina Cnidi, Paphiq́,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.
*Feruidus tecum puer, & * solutis*
Gratiæ zonis, properentq́ Nymphæ,
Et parum comis, sine te, Iuuentas,
Mercuriusq́.

¶ *Quid petendum ab Apolline.*

Ode. 31. Tricolos Tetrastrophos, vt: Vides vt alta stet niue candidum.

— — U — — — UU — UU
— — U — — — UU — UU
— — U — — — U — —
— UU — UU — U — —

Docet quid ipse, & vir frugi ab Apolline petat, cui templum dedicarat Augustus in palatio: nimirum bonã mentem, & integram corporis valetudinem cum læta & facili senectute: nõ ambitiosa illa ampla latifundia, armẽtorum greges, ebur, & eiusmodi.

* Liris Campaniæ flu.

QVid dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat, de patera nouum
Fundens liquorem? non opimas*
*Sardiniæ segetes * feracis:*
Non æstuosæ grata Calabriæ
Armenta: non aurũ, aut ebur Indicũ:
Non rura, quæ Liris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.
**Premant Calena falce, quibus dedit*
Fortuna vitem: diues & aureis
Mercator exsiccet culullis
Vina Syra reparata merce,
Dijs charus ipsis: quippe ter, et quater
Anno reuisens æquor Atlanticum

Impun

Impunè: me paſcant oliuæ,
Me cichorea, leuéſque maluæ.*
Frui paratis & valido mihi
*Latoe dones: *& (precor) integra*
Cum mente: nec turpem ſenectam
Degere, nec cithara carentem.

Amputene preſſo pollice, vel vuas abſciſſas in torculari premant.

κιχορεῖα, vel κιχορεῖον, herba eſt, quam Intybũ vocant.

*al. at.

AD LYRAM, NE DESIſtat canere.

Ode. 32. Dicolos Tetraſtrophos: vt, Iã ſatis terris.

–∪– – –∪∪–∪– –
–∪– – –∪∪–∪–∪
–∪– – –∪∪–∪–∪
– –∪∪–∪

POſcimus, ſi quid vacuĩ ſub vmbra
Luſimus tecum, quod & hunc in annum
Viuat, & plureis, age, dic Latinum
Barbite carmen,
Leſbio primùm modulate ciui:*
*Qui ferox bello, * tamen inter arma,*
Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim:
Liberũ, & Muſas, Veneremq́, & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis, nigroq́
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunque ſalue*
Rite vocanti.

Orat lyram, ne ſibi deſit pro viribus fatagenti, vt carmẽ, quod cõdit, poſteritati probetur: laudátq; eam ab amœnitate, & vtilitate, quæ deorum, & fortium virorũ animos exhilarat.

*Modulatis ſonis adhibite ab Alcæc.

* Siue erat in caſtris, ſiue ad portum aliquem appulerat.

*Quotieſcũque te euoco, ſalue.

¶ *Ad Albium Tibullum Poëtam.*

Ode 33. Dicolos Tetrastrophos: vt, Scribêris Vario fortis & hostium. – – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪

– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –

– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪

– – – ∪∪ – ∪ –

Consolatur Tibullũ poetam suo & aliorũ exemplo, qui ægrè ferebat se ab amica contemni: docẽs id illi cũ multis esse commune, Venere ita volẽte: sibique idem accidisse, vt cõntempta nobiliore, libertinæ adhæserit.

ALbi, ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ, neu miserabileis
Decantes elegos, cur tibi iunior
Læsa præniteat fide:
Insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor: Cyrus in asperam
Declinat Pholoën. sed priùs Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoë peccet adultero.
Sic visum Veneri, cui placet impares
Formas, atq; animos sub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.
Ipsum me melior cum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantes Calabros sinus.

POENITERE SE IRRELIGIOSVM *extitisse, dum Epicureos sectaretur.*

Ode. 34. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta stet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –

– – ∪ – – – ∪ – ∪

– ∪∪ – ∪∪ – ∪ – –

Pare

Testatur se impietatem lapsum quòd nimium ex Epicureorum decreto superstitionem vitat. Illi enim deos humanas curare negãt post hac resipere velle, & ijs accedere, qui dei prouidentia omnia administrari putant. *Iupiter, diei & lucis pater *Vnde dicitur iter esse ad inferos.

Parcus deorum cultor, & infrequens,
Insanientis dum sapientiæ
Consultus erro, nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos. nanque Diespiter*
Igni coruſco nubila diuidens,
Plerunque per purum tonantes
Egit equos, volucremq; currum:
Quo bruta tellus, & vaga flumina,
Quo Styx, & inuisi horrida Tænari*
Sedes, Atlanteusq; finis
Concutitur. valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet.

AD FORTVNAM.

Ode. 35. Tricolos Tetrastrophos, vt præcedens.

——U———UU—UU
——U———UU—U—
——U———U——
—UU—UU—U——

O Diua, gratum quæ regis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,

Augustũ Cæsarem profecturum in Britaniam commendat fortunæ, quæ Antij religiosissimè

Quicunq;

colebatur, cuiusque numen omnes agnoscunt, ac reuerētur barbarissimæ & ferocissimæ gentes.

Quicunque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus asper, te profuge Scythæ,
Vrbesq́, genteſq́, & Latium ferox,
Regúmque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioſo ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſanteis, ad arma
Concitet, imperiumq́ frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,
Clauos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumq́ plumbum.
Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat,
Vtcunque mutata potenteis
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Pariura cedit: diffugiunt cadis
Cum face ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.
Serues iturum Cæſarem in vltimos*
Orbis Britannos, & inuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoq́ rubro.
Eheu cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrumq́: quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum nefaſti

Neceſſitas fortunę comes, & pediſequa. Fides fortunam ſequitur nec deſerit vnquam, etiā ſi illa mutetur: verum vulgares homines, & mēſę amici in calamitate ſe ſubducunt.

*Sic Virg. Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Deteſtatur bellū ciuile, in quo nullū flagitiū & crudelitatis genus omiſſum, aciuibus in proprios ciues.

Liquimus

Liquimus? vnde manus iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? ô vtinam noua
Incude diffigas recusum in*
Massagetas, Arabasq; ferrum.

¶ *In honorem Pomponij Numidæ.*

Ode. 36. Dicolos distrophos: vt, Sic te diua potens.

———UU—UU
———UU——UU—U—

ET Thure, & fidibus iuuat
Placare, & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos:
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima
Charis multa sodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oscula,
Quàm dulci Lamiæ, memor
Actæ non alio rege puertiæ,
Mutataq; simul togæ.
**Cressa ne careat pulchra dies nota:*
Neu promptæ modus amphoræ,
Neu morem in Salium sit requies pedum:*
Neu multi Damolis meri*
Bassum Threicia vincat amystide:
Neu desint epulis rosæ:
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalin putres
Deponunt oculos: nec Damalis nouo
Diuelletur adultero,
Lasciuis ederis ambitiosior.

*al. diffingas, & pro recusum alij legũt (retusum:) vt hic sit sẽsus: Arma aduersus ciues hebetata diffingens, i. dissoluens, alia ex isdem refingas in Massagetas.

Amicitiã suã erga Numidam testatur, prõ cuius salute dijs sacrificium vouerat, dicens, eo reuerso incolumi ex Hispania se velle vota persoluere, ac festum diem agere, conuiuia celebrare, genio & voluptatibus operam dare.

*Cressa nota, i. alba, a Creta insula.

* Neu cessemus saltare Saliorũ more.

*Neu Damalis puella bibaciſſima certet cum Basso poculi magnitudine.

AD

AD SODALES, OB ACTIACAM *Augusti victoriam bibendum esse.*

Ode. 37. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, ut alta

——υ——υυ—υ—
——υ———υυ—υυ
——υ———υ—υ
—υυ—υυ—υ——

Gratulatur Augusto reuertenti a victoria Actiaca, quam superato Antonio & Cleopatra nauali pugna reportauerat. Ait enim genio esse indulgendum propulsato periculo, quod imperio Romano imminebat. Antonius enim nõ contemnendis viribus pro summa imperij decernere parabat, superior futurus si celeritate vsus ineptijs & delitijs vxoris non indulsisset.

Nvnc est bibendum: nunc pede libero
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, sodales.
Antehac nefas depromere Caecubum
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,
Funus & imperio parabat,
*Contaminato * grege turpium*
Morbo virorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaq; dulci
Ebria. Sed minuit furorem
Vix una sospes nauis ab ignibus:
Mentemq; lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Caesar, ab Italia volantem
Remis adurgens, accipiter velut
Molleis columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
Aemoniae, daret vt catenis
Fatale monstrum: quae generosus
Perire quaerens, nec muliebriter

* Cum Eunuchis & cinaedis.

Expa

Expauit ensem, nec latentis
Classe cita reparauit oras.
Ausa & iacentem visere regiam
Vultu sereno fortis, & asperas
Tractare serpentes: vt atrum
Corpore combiberet venenum.
Deliberata morte ferocior:
Seuis Liburnis, scilicet inuidens
Priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

* Multi legit repetiuit: nã præcedit classe cita.

Liburnis. Anagnijs. Petrus Victorius variar. lection. lib. 10. cap. 9.

AD PVERVM, NON ESSE OPVS SIBI MAGNO APPARATV.

Ode. 38. Dicolos Tetrastrophos, vt: Iam satis terris.

—U— — —UU—U— —
—U— — —UU—U— —
—U— — —UU—U—U
—UU—

*PErsicos odi, puer, *apparatus:*
Displicent nexæ philyra coronæ:
Mitte sectari, rosa quo locorum
**Sera moretur.*
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo: neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arcta
Vite bibentem.

Ad ministrũ suum, cui scribit se nõ delectari exquisito apparatu, sed parabili frugalique vita.

* Vnguenta, odores, coronas sumptuosas, & alias omnium rerum Persicorum delicias.

* Serò nascens, quum iam alibi defecerit.

Q. HORATII FLACCI
Carminum liber secundus.

AD ASINIVM POLIONEM.

Ode. 1. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alt

——U———UU—UU
——U———UU—U—
——U———U—U
—U—UU—U——

Deterret Asinium Pollionem virum vndecunque eruditissimũ, & ornatissimum a scribenda historia belli ciuilis inter Cæsarem, & Pompeium, quòd id adhuc minus tutũ esset: laudátq; eum a pietate & prudentia: a dignitate, quod de Dalmatis triumpharit: ab eloquẽtia, quod ita scribat, vt res gesti videatur, & ob oculos poni, non narrari.

Motum ex Metello consule ciuicum,
Belliq; causas, & vitia, & modos,
Ludumq; Fortunæ, gravesq;
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus,
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per igneis
Suppositos cineri doloso.
Paulum severæ Musa tragœdiæ
Desit Theatris: mox, vbi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Insigne mœstis præsidium reis,
Et consulenti, Pollio, curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aureis: iam litui strepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumq; vultus.
Audire magnos iam videor duces

Non

Non indecoro puluere sordidos,
Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animũ Catonis.
Iuno, & deorum quisquis amicior
Afris, inulta cesserat impotens
Tellure, victorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prælia
Testatur, auditumq́ Medis
Hesperiæ sonitum ruinæ?
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? Quod mare Dauniæ
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore nostro?
Sed ne, relictis Musa procax iocis
Cæa retractes munera næniæ,
Mecum Dionæo sub antro*
Quære modos leuiore plectro.

Hinc belli ciuilis calamitatem deflet, quo Romani se mutuo cõficiunt. Denique Musam monet, vt a cantu lugubri temperet, & Nęnia, cuius inuẽtor fuit Simonides Cæus.

AD CRISPVM SALLVSTIVM, VITVperans auaritiam, & extollens liberalitatem.

Ode. 2. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iã satis terris.

—U— — —UU—U— —
—U— — —UU—U——
—U— — —UU—U——
—UU——

NVllus argento color est, auaris
Abditæ terris inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato

Ostẽdit auaros & sordido homines obscuros &

Splendeat vsu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente solui*
Fama superstes.
Latiùs regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri solio Phraaten*
Dissidens plebi numero beatorum*
Eximit virtus, populumq; falsis
dedocet vti
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens vni, propriamq; laurum,
Quisquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

AD Q. DELIVM, SVBITI
bonis nõ esse gaudendum, nec desperandum mal
sed medium tenorem sequendum esse.

Ode. 3. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt al

— — U — — — UU — U —
— — U — — — UU — U —
— — U — — — U — U
— UU — UU — U — —

ignobiles esse: contrà liberalium famam, exẽplo Proculei, viri in fratres pijssimi, nunquã interire: postremò ex cõparatione hydropis colligit eum diuitem, nõ qui multis late imperat, sed animo & cupiditatibus: alioqui nunquam habendi sitim extingui nisi illæ extinguãtur.

* Legunt alij haud metuente.

*Phraates rex Persarũ, legunt alij Phraharten: alij Phraorten.

Æq

Ode parænetica ad Q. Delium amicũ, qua monet, vt vtraque fortuna moderatè vtatur, rebus lętis nõ efferatur, aduersis non deiiciatur, sed mediocritatem & æquabilitatem quandam seruet: interim certis de morte vtcunque vixerit, rem familiarem extruxerit, vndecunque natus sit, atque ob id hilaris viuat dũ per ætatem, & facultates licet.

Æ Quam memento rebus in arduis
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli,
Seu mœstus omni tempore vixeris:
Seu in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore * nota Falerni.
Quà pinus ingens, albaq; populus
Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis, quà obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo:
Huc vina, & vnguenta, & nimium breuis
Flores amœnæ ferre iube rosæ:
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemptis saltibus, & domo,
Villaq; flauus quam Tiberis lauit:
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diues ne prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper, & infima
De gente sub dio moreris,
Victima nil miseriantis Orci.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur vrna: * serius, ocyus
*Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura cymbæ.

*Falerno interius recondito, & notis oppositã habente, qua cõmendetur.

*Siue tardius siue celerius moriendum est.

*Vltima syllaba huius versus hypermetri a prima sequẽtis eliditur.

AD XANTHIAM PHOCEUM

ceum, ancillæ amorem non esse erubescendum, Ducum exemplo.

Ode. 4. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iam terris.

—∪———∪∪—∪——
—∪———∪∪—∪—∪
—∪———∪∪—∪—∪
—∪∪—∪

Probat ducũ exemplo Phoceo Xanthiæ ignominiosũ non esse si Phyllidis ancillæ suæ amore capiatur. Nam & Achilles Briseida, Agamemnon Cassandrã, Aiax Tecmessam, puellas captiuas adamarũt: Phyllida autem ingenuis moribus regium quiddam præ se ferre, neque ignobilem esse: neque se hoc ex affectu dicere, qui iam quadragenarius ab amore alieniſſimus sit.

NE sit ancillæ tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu, prius insolentem
Serua Briseis niueo colore
Mouit Achillem:
Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiua dominium Tecmessæ,
Arsit Atreides medio in triumpho
Virgine rapta:
Barbara postquam cecidere turmæ
Thessalo victore, & ademptus Hector
Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Graiis.
Nescias an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certè genus, & penateis
*Mœret iniquos.
Crede, non illam tibi de scelesta
Plebe delectam: neque sic fidelem,
Sic *lucro aduersam potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia, & vultum, teretésque suras

Mœrens accusat, vt patũ sibi propitios.
*Quę lucrum auertetur.

Integ

*Integer laudo, fuge suspicari,
Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum.

*Non tactus illius amore.

REVOCANDAM ESSE MENTEM a desiderio virginis immaturæ.

Ode. 5. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

——U———UU—UU
——U———UU—UU
——U———U— U
—UU—UU—U—U

NOndum subacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis est animus tuæ
Campos iuuencæ, nec fluuijs grauem
Solantis æstum, nunc in vdo
Ludere cum vitulis salicto
Prægestientis. tollite cupidinem
Immitis vuæ: iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Iam te sequetur: currit enim ferox
Ætas: & illi, quos tibi dempserit
Apponit annos, iam proterua
Fronte petet Lalage maritum
Delicta, quantum non Pholoe fugax,
Non Chloris: albo sic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet

Dehortatur seipsum ne Lalagen puellam viro nõdum maturã contingat: cõparátque eam iuuencæ, & vuæ acerbæ, honesta allegoria lusibus, quam Veneri aptiorem significans: breui futurum, vt illa grandior & maturior vltro virum appetat.

*Quantũ illa floreſcet ætate, tu tantum ingraueſces.

Luna mari, Cnidiúsue Gyges:
Quem si puellarum insereres choro
Mirè sagaceis falleret *hospites
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus, *ambiguoq; vultu.

Gyges, pueri formosissimi nomen est.
* Ab hospitibus internosci non posse ob latentem differentiam.
* Qui incertos de sexu redderet.

AD SEPTIMIVM, HORTAN

eum ad Tiburis, & Tarenti amœnitatem. Ode. 6. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iam sa terris.

—U— — —UU—U—U
—U— — —UU—U—U
—U— — —UU—U—U
—UU—U

Septimi Gades aditure mecum, &
Cantabrum *indoctum iuga ferre nostra, &
Barbaras Syrteis, vbi Maura semper
Æstuat vnda.
Tibur Argeo positum colono
Sit meæ sedes vtinam senectæ:
Sit modus lasso maris, & viarum,
Militiæq;.
Vnde si Parcæ prohibent iniquæ:
Dulce pellitis ouibus * Galesi *al. Galesum,
Flumen, & regnata petam Laconi
*Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi, præter omneis,
Angulus ridet: *vbi non Hymetto
Mella decedunt, *viridiq; certat
Bacca Venafro:

Septimiũ veri amici exemplar proponit, qui amici causa nullum laborem & periculum suscipere recusaret, hortatúrque vt Tibur, aut Tarentũ vrbes amœnissimas secũ deligat, vbi senectam exigat. nã ea regio præterquam quod sit salubberrima, mellis, olei, vini, & omnium rerũ feraciſſima est.
* Qui nõdum didicit imperio Romano parere.
* Tarentina significat.
* Nõ sunt inferiora melle Hymettio.
* Cuius oliuę.

Ver vbi longum, tepidasq; præbet
Iupiter brumas, & amicus Aulon
*Fertili Baccho, *minimum Falernis*
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus, & beatæ
*Postulant arces: *ibi tu calentem*
Debita sparges lacryma fauillam
Vatis amici.

certant cum Venafranis.

*Habet vuas Falernis non inferiores.

*Ibi meos cineres lacrymis conspergeS.

AD POMPEIVM VARVM,

Gaudens de eius in patriam reditu.

Ode. 7. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

——U———UU—UU
——U———UU—UU
——U———U—U—U
—UU—UU—U——

O Sæpe mecum tempus in vltimum
Deducte Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit Quiritem
Dijs patrijs, Italóque cœlo,
Pompei meorum prime sodalium?
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi, coronatus nitenteis
Malobathro Syrio capillos.
Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi, relicta non benè parmula.
Cùm fracta virtus, & minaces
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostеis Mercurius celer
Denso pauentem sustulit aëre:

Pompeio Varo commilitoni suo gratulatur, qui cum M. Bruti, & Cassij partes sequutus fuisset, apud Philippos fuso exercitu euaserit secũ, non sine Mercurij numine: dicitque ob amicum patriæ restitutum post iterũ expertũ periculũ vota metitò dijs,

soluenda, & liberiore cōpotatiuncula sese inuitandum.

Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
Ergo obligatam redde Ioui dapem,
Longaq́; fessum militia latus
Depone sub lauru meâ: nec
Parce cadis tibi destinatis.
Obliuioso leuia Massico
Ciboria exple: funde capacibus*
Vnguenta de conchis. quis vdo
Deproperare apio coronas,
Curátue myrto? quem Venus arbitrũ*
Dicet bibendi? non ego sanius
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

* al. imple. συμποσίαρχον, i. præfectum conuiuij.

Edonis bibacibus. Thraciæ populis.

IN BARINEM MERETRICEM.

Ode. 8. Dicolos Tetrastrophos, vt: Iam satis terris.

–∪–––∪∪–∪––
–∪–––∪∪–∪–∪
–∪–––∪∪–∪––
–∪∪––

VLla si iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuisset vnquam:
Dente si nigro fieres, vel vno
Turpior vngui:
Crederem. sed tu, simul obligasti
Perfidum votis caput, enitescis
Pulchrior multo, iuuenumq́; prodis
Publica cura.

Destomachatur in Barinē meretricem periurā, quod promissam sibi noctem non seruarit: doletq; quod ex periurijs quotidie magis enitescat, vt flagitijs dij fauere vi-

Exp

Expedit matris cineres opertos*
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo, gelidaq; dimos
Morte carenteis.
Ridet hoc, inquam Venus ipsa: rident
Simplices Nymphæ, ferus & Cupido
Semper ardenteis acuens sagittas
Cote cruenta.*
Adde, quòd pubes tibi crescit omnis,
Seruitus crescit noua, nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
Te suis matres metuunt iuuencis:
Te senes parci: miseræq; nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

deãtur, & ad perfidiã conniuere, cũ nõ solum ob illa nõ plectatur, sed crescat etiam & felsiùs ei succedant omnia.
* Talis, vt ab omnibus iuuenibus publicè ameris.
* Expedit per matris cineres, fidera, cœlum, & deos, falsumiurare.
*Propter cædes ex amore orientes.

¶ *Ad Valgiũ, vt iã desinat queri de morte Mystæ pueri, indicans mala hominibus non esse continua. Ode. 9. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.*

——U———UU—U—
——U———UU—UU
——U———U——
—UU—UU—U——

NOn semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ
Vsque: nec Armenijs in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners
Menseis per omneis, aut Aquilonibus

Consolatur Valgium amicum suũ, virũ literatum, & consularem, impatienter ferentem mortem Mystæ pueri

Querceta

Querceta Gargani laborant,
Et folijs viduantur Orni.
Tu semper vrges flebilibus modis
Mysten ademptum: nec tibi, vespero
Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.
At non ter æuo functus amabilem*
Plorauit omneis Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Fleuere semper. Desine mollium
Tandem querelarum: & potiùs noua
Cantemus Augusti trophæa
Cæsaris, & rigidum Niphaten,*
Medumq́; flumen gentibus additum
Victis, minores voluere vortices:
Intraq́; præscriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

charis. atque omnium rerũ vicissitudinẽ esse ait, non semper flare ventos, oriri tempestates & imbreis: non semper Nestorem, & Priamum fleuisse filios suos extinctos: quare a fletu tandem cessandum, & Cæsaris triũphis congratulandum.

*Nẽstor, qui tres ætates vixit.

*Niphaten Armeniæ, & Medum Mediæ fluuios quasi sentiẽtes se cũ Medis & Armenijs victos, suos cursus contrahere.

AD LICINIVM, SERVANDAM *esse mediocritatem.*

Ode. 10. Dicolos Tetrastrophos, vt: Iam sa[illegible] terris.

—U———UU—U—U
—U———UU—U——
—U———UU—U——
—UU—U

Docet Valgium Liciniũ ad beatè viuẽdũ opus esse summa anim;

Rectius viues, Licini, neque altum
Semper vrgendo, neque dum procellas
Cautus horrescis, nimiùm premendo

Lit[illegible]

Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
*Sordibus tecti, caret * inuidenda*
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ grauiore casu
Decidunt turres: feriuntq́; summos
**Fulmina monteis.*
Sperat infestis, metuit secundis
*Alteram * sortem benè præparatum*
Pectus, informeis hyemes reducit
Iupiter, idem
Summouet. Non, si malè nunc, & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suscitat musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare, sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

AD Q. HIRPINVM, VT omissis negotijs senectuti consulat.

Ode. 11. Dicolos Tetrastrophos: vt, Vides vt alta.

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪∪ – ∪∪ – ∪ – ∪

temperantia, vt ne quid supra cōditionem nostram tētemus, aut contrà animi humilitate in sordes deuoluamur: tutius esse intra prescriptum vitę finem manere deliberato animo ad omnem euētum fortunæ.

*Inuidiæ obnoxia.

* al. Fulgura.

* Ad omnem euētum præmunitus animus.

Quid

Suadet Q. Hirpino, ne se alienis negotijs inuoluat, & curis rerum fortuitarum, cum paucis natura sit contentaſſed potiùs, dum adhuc iuuenis & ſanus eſt, commode, mollitérque in otio viuat: ex inſperato ſenectutem adfuturam, quæ voluptates omnes extinguit, ſomnũ adimit, grauis moroſaque ſibi ipſi eſt.

*Platanus, & Pinus, arbores ſũt ad vmbram prebendam natæ.

*i. negligenter.

QVid bellicoſus Cantaber, & Scythes
Hirpine Quincti, cogitet Adria
Diuiſus obiecto, remittas
Quærere: nec trepides in vſum
Poſcentis æui pauca. fugit retro
Læuis iuuentas, & decor, arida
Pellente laſciuos amores
Canitie, facilemq́; ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis: neque vno Luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem
Conſilijs animum fatigas?
Cur non ſub alta vel platano, vel hac*
Pinu iacentes ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, aſſiryaq́; nardo,
Potamus vncti? diſſipat Enius
Curas edaceis. quis puer ocyus
Reſtinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha?
Quis deuium ſcortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic, age cum lyra
Maturet incomptum Lacænæ*
More comam religata nodum.

AD MECOENATEM, NON *conuenire res graues Lyrico carmini.*

Ode. 12. Dicolos Tetraſtrophos: vt, Scribere
Vario fortis & hoſtium. – – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪
– – – – – – – – – –

...ne poscas. – – – UU – – UU – UU
– – – UU – U –

NOlis longa feræ bella Numantiæ,
Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharæ modis.
Nec sæuos Lapithas, & nimium mero
Hyleum, domitosq; Herculea manu
Telluris iuuenes, vnde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tuq; pedestribus
Dices historijs prælia Cæsaris
Mecœnas meliùs, ductaq; per vias
Regum colla * minantium.
Me dulcis dominæ Musa * Lycinia
Cantus, me voluit dicere lucidùm
Fulgenteis oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit choris:
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, sacro
Dianæ celebris die.
Num tu, que tenuit diues Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis Crine Liciniæ?
Plenas aut Arabum domos?
Dum flagrantia detorquet ad oscula
Ceruicem, aut * facili sæuitia negat,
Quæ, poscente magis, gaudeat eripi,

Mecœnati se excusat, quod res graueis non attẽtet: sed circa iocos & nugas versetur propter lyrici stili humilitatem, qui non conuenit rebus fortiter bello gestis: illũ meliùs posse soluta oratione historiam de bellis Cæsaris texere, & eiusdem triuphos pro dignitate describere, se amicæ suæ laudes malle canere.

*al. minacium
*al. Lycymniæ.

* Ostendit astum puellarum, quæ sæpe dissimulãt se id cupere, quod vehementer, exoptant, vt desiderium amãtium magis exacuant.

Interdum

Interdum rapere occupet?

IN ARBOREM, CVIVS CA

in agro suo Sabino penè oppressus est.

Ode. 13. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt

— — U — — — UU — U —
— — U — — — UU — U —
— — U — — — U — U
— UU — UU — U — —

Execratur arborem, quæ se, cum in agro Sabino spaciaretur, repentè delapsa pene oppresserat: vituperátque eam a consitore, quem scelestissimũ fuisse putat & impijssimum: neque a bono viro potuisse seri tam pestilentem arborẽ: additque grauissimam sententiam, neminem sic posse cauere periculum, quin vbi minimum suspicabatur, periculi necessitatem incurrat; se igitur tam parum a morte absu-

ILle & nefasto te posuit die,
Quicunque primum, & sacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumq; pagi.
Illum & parentis crediderim sui
Fregisse ceruicem, & penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis: ille venena Colchica
Et quicquid vsquam concipitur nefas
Tractauit, agro qui statuit meo
Te, triste lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisque vitet, nunquàm homini satis
Cautum est in horas. nauita Bosphorum
Pœnus perhorrescit, neque vltra
Cæca timet aliunde fata.
Miles sagittas, & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur: sed improuisa leti
Vis rapuit, rapietq; genteis.
Quàm penè furuæ regna Proserpinæ,

Et iudicantem vidimus Æacum,
*Sedeisq́; * descriptas piorum, &*
Æolijs fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus?
Et te sonantem pleniùs aureo
Alcæe plectro dura nauis,
Dura fugæ mala, dura belli?
Vtrumque sacro digna silentio
Mirantur vmbræ dicere: sed magis
Pugnas, & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.
Quid mirum? vbi illis carminibus stupens
Demittit atras bellua* centiceps*
Aureis? & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens Tantalus
Dulci laborem decipitur sono:
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.
Ad Posthumium, de vitæ breuitate.
Ode. 14. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

Heu fugaces Posthume, Posthume,
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis, & instanti senectæ
Afferet, indomitæq́; morti.

isse, vt visus, sit videre apud inferos Æacum iudicem, Sappho & Alcæum canentes fidibus cum omnium vmbrarum admiratione.

*Campos Elysios.

*Cerberus, sic dictus fortasse propter cētū angues, qui eius caput communiunt, vt ait Oda. 11. lib. 3.

*al. laborum: quasi Græcismū imitatus diceret decipitur, i. obliuiscitur laborum. ἐπιλανθάνεται πονων. Sed &, decipitur laborem, genus est loquēdi a Græcis sumptum: sic enim illi κλέπτεται τὸν πόνον. Commonet

Non, si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonem, Tityónque tristi
Compescit vnda, scilicet omnibus,
Quicunque terræ munere vescimur,
Enauiganda, siue reges
Siue inopes erimus coloni.
Frustra cruento Marte carebimus
Fractisq́ rauci fluctibus Adriæ:
Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum.
Visendus ater flumine languido
*Cocytus errans, & Danai * genus*
Infame, damnatusq́ longi
Sisyphus Æolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neque harum, quas colis, arborum
*Te, præter inuisas * cupressos,*
Vlla breuem dominum sequetur.
*Absumet hæres Cæcuba * dignior,*
Seruata centum clauibus, & mero
**Tinget pauimentum * superbum*
Pontificum potiore cœnis.

IN SVI SECVLI LVXVRIA

Ode. 15. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt

— — U — — — UU — U —
— — U — — — UU — UU
— — U — — — U — —
— UU — UU — U — —

Posthumum hominem parcum, & diuitem, ne nimiũ intentus rei faciendæ genium suum defraudet: momentaneã enim esse hãc vitam, & caducam: satius esse quæsitis frui, cum semel moriendum sit omnibus, & dulcissima quæque relinquenda. idque hæredi nonnunquã prodigo & ingrato, quãlibet magno labore parta.

*Filiæ infames cæde suorum maritorum.

* Quia sunt funebres: adhibentur autem in funere, quia semel excisæ nunquam renascuntur: vel quia cadauer diutius seruant incorruptum.

*Quia vtetur, quibus tu nimium parcis.

* Tingiter.

* al. superbo.

Iampauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent: vndique latiùs
Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu: platanúsque * cœlebs
Euincet vlmos: tum violaria, &
Myrtus, & omnis * copia narium,
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea feruidos
Excludet ictus. non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicijs, veterúmque norma.
Priuatus illis census erat brevis:
Commune magnum: nulla * decempedis
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare saxo.

Tarat seculi sui luxum cū in hortis vinarijsque dilatandis, tum maximè ædificijs quibus agri occupabantur, iam ad amœnitatem solam vtiles, contra veterum disciplinam, & frugalitatē, quibus quidē priuatus census erat exiguus, sed cōmunis amplissimus.

*Quæ non solet maritari viti, vt vlmus.

*Omnia, ex quibus odor suauis afflabatur.

*Nemo priuatam domum ædificans ic. pedum porticum septentrioni obiectum metabatur.

AD GROSPHVM, NEMINI NON otium gratum esse, atque optabile.

Ode. 16. Diuolos Tetrastrophos, vt: Iam satis terris.

—U———UU—U——
—U———UU—U——
—U———UU—U——
—UU——

Insectatur mortalium stultam temeritatem, qui cum omnes naturę impulsu otium, & tranquillitatem expetãt, tamen ambitione & cupiditatibus excæcati, semet in inquietudinem præcipitant: neque intelligunt se a dijs petere, quod per se sibi, si velint, præstare possint, si acuris, quibus se assidue torquẽt, temperare possint. Sapientis esse de futuris non anxium esse, & tristia lętis cõpensare, si quid aduersi acciderit, quod omnibus ferè solet vita venire, boni consulere, cũ nemo absolutè beatus inueniatur.

*Quis relinquendo patriam, suos etiam illos

OTium diuos rogat in patenti
Prensus Ægæo, simul atra nubes
Condidit lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis:
Otium bello furiosa Thrace:
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis, neque purpura venale, nec auro.
Non enim gazæ, neque consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leueis somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calenteis
Sole mutamus? * patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit æratas vitiosa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor cerui, & agente nymbos
Ocyor Euro.
Lætus in præsens animus, quod vltra est
Oderit curare: & amara * lento
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem:

Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, Siculæq; circum
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis Afro
**Murice tincta*
Vestiunt lanæ: mihi parua rura, &
Spiritum Graiæ tenuem camœnæ
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

tumultus mētis, & curas reliquit?

*Murex, piscis est ex genere testaceorum, ex cuius sanguine cōficitur ille color purpureus.

AD MECOENATEM ÆGROTVM, negans se sine eo viuere posse.

Ode. 17. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

——v———vv—v—
——v———vv—vv
——v———v—v
—vv—vv—v—v

CVr me querelis exanimas tuis?
Nec dijs amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Mecœnas, mearum
Grande decus, columenq; rerum.
Ah, te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec charus æquè, nec superstes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam, non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcunque præcedes, supremum

Amicitiam suam & gratitudinē erga Mecœnatem testatur, cum beneficiorum in se, & mutuæ beneuolētię memor, negat se posse superstitē viuere, si ille prior decederet, vtpote sui pars altera: sic dijs visum esse, & fatis.

Nam ita vtriusque horoscopum conuenire, vt eodem tempore penè perierint: illum Iouis benignitate in theatro, se Fauni beneficio in agro ab arboris lapsu seruatum.

Carpere iter comites parati.
Me nec Chimaræ spiritus igneæ,
Nec, si resurgat centimanus gigas,*
Diuellet vnquam: sic potenti
Iustitiæ, placitúmque Parcis.
Seu libra, seu me Scorpius aspicit*
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu tyrannus
Hesperiæ Capricornus vndæ:
Vtrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum: te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrisq́; fati
Tardauit alas, cum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit sonum:
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, si Faunus ictum
Dextra leuasset Mercurialium*
Custos virorum, reddere victimas,
Ædémque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

*al. Gyges.

* Seu me Venus aspicit, cui Taurus, & Libra attribuuntur: seu Mars, cui Scorpius, & Aries: seu Saturnus cui Capricornus: nostra astra consentiunt.

* Poëtæ sunt sub tutela Mercurij.

IN EVM, QVI OBLITVS BREVI[illegible] *vitæ, cupiditatibus & diuitijs studet.*

Ode. 18. Dicolos Distrophos. Primus quisq[illegible] versus est Iambicus Archilochius dimeter acata[illegible] lecticus constans amphimacro, & duobus Iambi[illegible] vel vltimo Pyrrhichio, hoc modo:

Non ĕbūr–υ–nĕque aūυ–rĕŭmυυ

Secundus quisque versus est Iambicus archilo[illegible]

chi[illegible]

chius, trimeter, Acatalecticus, constans e quinq; Iambis, & syllaba, recepto tum in locis imparibus, etiam spondeo, hoc modo.

Mēā ∪ – rēnī ∪ – dĕt īn ∪ – dŏmo ∪ – lăcū ∪ – năr.

– ∪ – ∪ – ∪ ∪

∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪

NOn ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima recisas
Africa, neque Attali
Ignotus hæres regiam occupaui:
Nec * Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras * clientæ.
At fides, & ingeni
Benigna vena est: pauperemq; diues
Me petit, nihil supra
Deos lacessо: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die,
Nouæq; pergunt interire Lunæ.
Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus, & sepulchri
Immemor struis domos:
Marisq; Baijs obstrepentis vrges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa.

Damnat in vita fastum & ambitiosum strepitum, asserens sibi nō esse sumptuosas ædes, pretiosam supellectilē, neque frequens satellitium: verum fortunæ suæ contentum, fide, & ingenio mediocri præditum, nihil amplius optare. At bonam partem hoīm tā præposterè agere, vt sepulcro vicina, oblita mortalitatis suæ, amplas ædes extruat, non sine pauperū iniuria, quibus cum liberis & vxore proprijs sedibus migrandum, per vim aut iustis agrorum terminis.

* al. laconias.

*Terra continente non contentus, in mari ædificas.

Quid, quòd vsque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et vxor, & vir, sordidosq; natos:
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine destinata
Aula diuitem manet
Herum. quid vltra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumq; pueris: nec satelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus, hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coërcet: hic leuare functum*
Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non vocatus audit.

*Audit vt veniat leuatum.

IN BACCHVM, CARMINA IN secretis nemoribus docentem.

Ode. 19. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta

——U———UU—UU.
——U———UU—U—
——U———U——
—UU—UU—U——

Dicit se Bacchi numine correptum, furore quodam agitari, & exclamare

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite posteri)
Nymphasq; discentes, & aureis
Capripedum Satyrorum acutus.

Euœ, recenti mens trepidat metu,
Plenóque Bacchi pectore turbidùm
Lætatur. euœ, parce Liber,
Parce graui metuende thyrso.
Fas peruicaceis est mihi Thyadas,
Uniq́ fontem, lactis & vberes
Cantare riuos: atque truncis
Lapsa cauis iterare mella.
*Fas & beatæ coniugis * additum*
Stellis honorem, tectaq́ Penthei
Disiecta non leui ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amneis, tu mare barbarum,
Tu separatis vuidus in iugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines:
Tu cum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia,
Rhœcum retorsisti leonis
Vnguibus, horribilíque mala:
Quanquam choreis aptior, & iocis,
Ludóque dictus, non sat idoneus
Pugnæ ferebaris: sed idem
*Pacis eras * mediusq́ belli.*
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitq́ crura.

Ad Mecœnatem, quod in Cygni formam sit

EVOI, territũ dei spectaculo, quẽ in secessu quodam viderat musas docentẽ, Satyros attentos auscultare. Hinc eius laudes gestáque commemorat, quod Pãtheũ Lycurgum & aduersarios suos domuerit, & mulieres capillis & manibus serpentes innoxie gestarẽt; quod bello gigantum fortissimè se gesserit mutatus in leonem: quod denique incolumis ab inferis reuersus sit.

* Coronam, quam Ariadnæ a se raptę dederat, quãque cæteri dij Baccho gratificari cupiẽtes, inter sidera collocarunt.

* æquè ad vtrunque paratus.

transiturus, cantuq́ impleturus orbem.

Ode. 20. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alt

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪

— — ∪ — — — ∪ — ∪

— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — ∪

NOn vsitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neque in terris morabor
Longiùs: inuidiaq́ maior
Vrbeis relinquam. non ego pauperum*
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Mecœnas obibo:
Nec stygia cohibebor vnda.
Iam iam residunt curribus asperæ*
Pelles, & albus mutor in alitem
**Supernè: nascunturq́ leues*
Per digitos, humerosq́ plumæ.
Iam Dædaleo ocyor Icaro,
Visam gementis littora Bosphori*
Syrteisq́ Getulus canorus
Ales Hyperboreosq́ campos.*
Me Cholchus, &, qui dissimulat metum
Marsæ cohortis, Dacus, & vltimi
Noscent Geloni: me peritus
Discet Iber, Rhodaniq́ potor.
Absint inani funere næniæ,
Luctusq́ turpes, & querimoniæ,
Compesce clamorem, ac sepulcri

Vaticinatur carminũ suorum immortalitatem, dũ in cygnum transformatum iri se, & per totum orbem volaturum ostẽdit: neque vllam tã desertam, tãmque incultam regionẽ, in quam non penetrabit nominis sui memoria: quare non opus illi post mortẽ luctu, & eiusmodi pompis.

*Obscuro loco natus, libertino patre.

*Murmure gemitum imitantis.

†Campi sunt supra Aquilonem, & Rhipęos mõtes.

Mitte ſuperuacuos honores.

Q. HORATII FLACCI *Carminum liber tertius.*

Varia eſſe hominum ingenia, variasq; fortunas.

Ode. 1. Tricolos Tetraſtrophos: vt, Vides, vt alta.

--U---UU-UU
--U---UU-UU
--U---U--
-UU-UU-U--

Odi profanum vulgus, & arceo.
** Fauete linguis. carmina non prius*
Audita, muſarum ſacerdos,
Virginibus, puerisque canto.
Regũ timendorũ in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.
Eſt, vt viro vir latius ordinet
Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, melior q; fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior: aqua lege neceſſitas
Sortitur inſigneis, & imos:
Omne capax mouet vrna nomen.
Diſtrictus enſis cui ſuper impia

Hac ode, quę prooemij ri-ce in ſequentem librum eſſe poſſit, ſanctiſſimis pręceptis teneram ætatẽ imbuit. Nam cum, inquit, variæ ſint hominum conditiones, alij alijs ſtudijs, ſed omnes ad fœlicitatem contendant: & æqua ſit omnibus mortis conditio, priuatis nihilo fœliciores ſatrapę,

Ceruice

Cervice pendet, non Sicula dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non avium, citharæq; cantus
Somnum reducent. somnus agrestium
Lenis virorum non humileis domos
Fastidit, umbrosamq; ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sævus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi.
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusq; mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sydera, nunc hyemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt,
Iactis in altum molibus: huc frequens
Cæmenta demittit redemptor*
Cum famulis, dominúsque terræ
Fastidiosus. sed timor & minæ
Scandunt eôdem, quò dominus: neque
Decedit ærata triremi, &
Post equitem sedet atra cura.
Quòd si dolentem nec Phrygius lapis,*
Nec purpurarum sidere clarior
Delinit usus, nec Falerne*
Vitis, Achemeniumq; costum:
Cur invidendis postibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?

quālibet lautè pascantur: felicitatem non in huiusmodi sitam, sed in securitate, & animi tranquillitate, quæ plerunque mediocrium fortunam comitatur, extremè potentiũ non ita: neque prodesse, quòd in mari ædificẽt, quo æque ascendunt curæ. denique, ait, si purpura, & vestes splendidæ dolores non pellunt, non est quod illas velit permutare cum fundo suo Sabino.

* Male ominatis parcite verbis, vt Ode 14, loquitur.

* Sic loquuntur Græci ἔστιν ὅπως, i. fieri potest, vt. Val. dimittit.

* Columnas Phrygias significat, qui-

Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?

AD AMICOS, SVADENS ADOLESCENTEIS INSTITUI DEBERE, VT PAUPERTATE & EXERCITIO AD MILITIAM FIRMENTUR.

Ode. 2. Tricolos Tetrastrophos, vt: Vides, vt alta.

——U———UU—U—
——U———UU—UU
——U———U——
—UU—UU—U——

ANgustam, amici, pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & Parthos feroceis
Vexet eques metuendus hasta:
Vitámque sub dio, & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, & adulta virgo,
Suspiret. eheu ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædeis.
Dulce, & decorũ est pro patria mori,
Mors & fugacem persequitur virũ:
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóue tergo.
*Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit, aut ponit secures

bus fulciebãtur, & ornabantur atria magnificarũ ædium.

*al. Falernæ. Ode saluberrima de educatione iuuentutis, nimirum vt in labore & parsimonia viuere assuescãt, dũ adhuc sequaces & tractabiles sunt: in militia versentur, vitã sub dio agant, discãt pro patriæ salute mortem contemnere: virtute nihil præstantius, ignauia nihil turpius ignobiliúsque ducant: cum scelerato autem non communicãdum, ne simul cum illo pereant: il lũ enim manere certum exitum.

*Virtus non sinit nos petere eos honores, in quorũ petitione repulsam pati possimus.

Arbitrio

Arbitrio populáris aurę.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via,
Cœtúsque vulgareis, & vdam
Spernit humum fugiente penna.
Digressio ad laudem silentij.
**Est & fideli tuta silentio*
Merces. vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanę, sub iisdem
Sit trabibus, fragilémque mecũ
Soluat phaselum sæpe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum,
Rarò antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.
¶ *Iustum & honesti propositi virum, nullo modo induci posse ad malè agendum.*

Ode. 31. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt

Ex Stoica disciplina scríbit sapiẽtem nullis minis, nulla tyrannide ad turpitudinem cogi posse, honesto & virtute nixum, qua freti non pauci ad cœlum ascenderunt.

——∪——∪∪—∪∪
——∪——∪∪—∪∪
——∪——∪——
—∪∪—∪∪—∪—∪

Iustum & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor prauа iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.
*Hac arte Pollux, & * vagus Hercules*

πολύπλαγκτος, qui multa maria, multasque terras peragrauit.

Inuix

Inuixus, arceis attigit igneas:
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo * bibit ore nectar.
Hactenus merentem, Bacche pater, tua
Vexere * tigres, indocili iugum
Collo trahentes: hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,
Gratum eloquenta consiliantibus
Iunone diuis. Ilion, Ilion
Fatalis incestusq; iudex,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem, ex quo destituit deos
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Castaq; damnatum Minerua
Cũ populo, & duce fraudulento.
Iam nec Lacena splendet adultera
Famosus hospes: nec Priami domus
Periura pugnaceis Achiuos
Hectoreis opibus refringit:
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum resedit: protinus & graueis
Iras, & inimicum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo: illum ego lucidas
Inire sedeis, ducere nectaris
Succos, & adscribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum longus iter saeuiat Ilion
Romamq; pontus: qualibet exules

* al. bibet: & fortasse rectius, cũ hæc ode viuente Augusto scripta sit, nisi dicere velimus significare Horatius Augusto viuo, videntiq; diuinos honores tribui.

* Tigres Bacchi currum finguntur trahere, quia nullum est tã immane ingenium, quin vino mansuescat.

Iunonis verba de recipiendo Romulo in numerum deorum.

* Neptunum, & Apollinẽ, quibus pactã mercedem ob extructos Troiæ muros non persoluit.

* Troica sacerdos: Ilia Numitoris filia, quæ ex Marte Romulum peperit, quẽ ob hoc nepotem suũ vocat Iuno.

In

In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridisq; busto
Insultet armentum, & catulos fera
Romani imperij latitudo. *Celent inultæ: stet Capitolium*
Fulgens, triumphatisq; possit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda latè nomen in vltimas
Extendat oras, quòd medius liquor
Secernit Europen ab Afro:
Quà tumidus rigat arua Nilus:
Prisci illi Romani, aurum multorũ scelerũ causam fortissimè contenebant. *Aurum irrepertum, & sic melius situm,*
Cum terra celat, spernere fortior,
Quàm cogere humanos in vsus,
Omne sacrum rapiente dextra.
Quicunque mundo terminus obstitit,
Hunc tangat armis: visere gestiens,
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ, pluuiq; rores.
Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pij,
Rebusq; fidentes, auitæ
Tecta velint reparare Troiæ.
*Troia renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur,*
Ducente victriceis cateruas
Coniuge me Iouis, & sorore.
Ter si resurgat murus aheneus
Auctore Phœbo, ter pereat meis
Excisus Argiuis; ter vxor

*Malis auspicijs.

*al. Ductore. Ter enim Troia euersa est, ab Hercule pri-

Capta virum, puerósque ploret.
Non hoc iocosæ conueniet lyræ.
Quò musa tendis? desine peruicax
Referre sermones deorum, &
Magna modis tenuare paruis.

mùm, à Græcis, & Fibra Cinnæ legato.

IN CALLIOPEN, VT SIT *adiumento in carminibus.*

Ode. 4. Dicolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

DEscende cælo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus, citharáue Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Insania? audire, & videor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos & aquæ subeunt, & auræ.
*Me fabulosæ * Vulture in Appulo*
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumq́; somno
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus,
*Quicunque celsæ nidum * Acherontiæ,*
Saltusq́; Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti:
Vt tuto ab atris corpore viperis

Hanc oden superiori cõnectit, quæ sublimia & deorum colloquia tractabat, hinc ad humana descendit, narrátq; se olim adhuc puerũ in Apulia lauro & myrto a palumbis tectum, vt à feris tutus esset, pręsagiũ id nimirum fuisse innuẽs, quod poeta & lyricorũ, amorumque scriptor aliquando esset futurus. Vulture, mõte Appuliæ. Ache. vrbis Lucanię, quã nidum appellat quia in mõte sita est. Batina, & Ferentum, ciuitates Appulię.

Dormirem, & vrsis: vt premerer sacra
Lauroque, collataque myrto,
Non sine dijs animosus infans.
Vester, Camœnæ, vester in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Vestris amicum fontibus & choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Deuota non extinxit arbos,
*Nec Sicula * Palinurus vnda.*
Vtcunque mecum vos eritis, libens
Insanientem nauita Bosphorum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Assyrij viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum:
Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæsarem altum, militia simul
Fessas cohorteis abdidit oppidis,
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium & datis, & dato
Gaudetis almæ. Scimus vt impios
Titanas, immanémque turmam
Fulmine sustulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbeis, regnaq; tristia,

Laurus Apollini, myrtus Veneri sacra est.

Pali promontorium Lucaniæ.

Præsidio Musarum vbique se tutum fore ait, quocunque ierit.

Concani, populus in Scythia, qui a Virgilio Bisaltæ appellari putantur.

Sapientia & consilio Iuppiter Titanas vicit, qui solis viribus nitebantur.

Dinoſ

Diuósque, mortaleísque turbas
Imperio regit vnus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens, iuuentus horrida, brachijs,
Fratréſque tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe Olympo.
Sed quid Typhœus, & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhœcus, euulſiſq; truncis*
Enceladus iaculator audax,
Contra ſonantem Palladis Ægida*
Poſſent ruentes? hinc auidus ſtetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris poſiturus arcum,
Qui rore puro Caſtaliæ lauit
Crineis ſolutos, qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque ſyluam
Delius, & Patareus Apollo.
Vis conſilî expers mole ruit ſuâ:
Vim temperatam dij quoque prouehunt
In maius: idem odere vires
Omne nefas animo mouenteis.
Teſtis mearum centimanus Gyges*
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus ſagitta.
Iniecta monſtris terra dolet ſuis:
Mœrétque partus fulmine luridum
Miſſos ad orcum: nec peredit

Huius loci hic ordo eſt: illa iuuentus horrida, fidēs brachijs, &c. Alij autem ſic legunt: fidens iuuentus, horrida brachijs. Gigantum nomina.

*al. Rhœtus.

Clypeum Iouis, quo & Pallas vtitur. Apollinis epitheta.

Potētia citra prudentiam irrita.

*Alij Gigas vt Briareus intelligatur.

Terra quæ mater Gigantum, dolet filios ſuos a ſe opprimi detruſos a Ioue ad inferos.

Aetna, Siciliæ mons. Enceladó impositus, qui etsi ardeat semper, nõ tamẽ absumitur, vt illum perpetuò premat. Incontinentis, quia Latonę conatus est stuprũ inferre.

* Amatorem, qui rapere Proserpinam conatus est.

Miro argumento Augusti laudes ingreditur. Nãait, si Iouem credimus imperare ex persuasione, & fama, multò magis Augustũ regnare conuenit, cuius imperiũ, & potentiam præsentes intuemur, cuius auspicijs res Romana semper in maius crescit, quanquam a Crasso & eius exercitu afflicta & ignominia affecta sit, qui captiui duxerãt v-

Impositam celer ignis Ætnam:
Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
*Custos: * amatorem trecentæ*
Pirithoum cohibent catenæ.

AVGVSTI LAVDES.

Ode. 5. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta

——υ———υυ—υυ
——υ———υυ—υυ
——υ———υ——
——υυ—υυ—υ——

Cælo tonantem credidimus Iouem
Regnare: præsens diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibúsque Persis.
Milésne Crassi, coniuge barbara
Turpis maritus vixit? & hostium
(Prò curia, vniuersíq; mores)
Consenuit socerorum in armis,
*Sub rege * Medo, Marsus, & Appulus*
Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæq; Vestæ,
Incolumi Ioue, & vrbe Roma?
Hoc cauerat mens prouida Reguli
Dissentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahenti
Perniciem veniens in aeuum:
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis

Aff xi

Affixa delubris, & arma
Militibus sine cæde (dixit)
Derepta vidi: vidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq; non clausas, & arua
Marte coli populata nostro.
Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit. flagitio additis
Damnum. neque amissos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
**Si pugnat extricata densis*
Cerua plagis: erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus?
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitq; mortem?
Hic vnde vitam sumeret inscius,
Pacem duello miscuit. O pudor!
O magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis!
Fertur pudicæ conjugis osculum,
Paruósque natos, vt capitis minor,
A se remouisse, & virilem
Toruus humi posuisse vultum:
Donec labanteis consilio patres
Firmaret autor nunquam aliâs dato,
Interq; mœrenteis amicos

xores, ab hostibus ea affinitate vitam suã redimentes: cũ Reguli exemplo moueri deberẽt qui semel mori maluit, & grauissimis suppliciis afficì, quàm vt captiui redimerentur, aut inter hostes turpiter seruirent.

*Medum pro Persa, & Partho vsurpat. *Huius loci hic sensus est: nec cerua plagis erepta cõsuetudinem fugiendi mutare potest: nec miles, qui se hostibus credidit, constantiam pugnãdi vnquã retinebit.

Cap. minor: capite diminutus. Insignis Reguli fortitudo, de qua etiam Cicero multa habet offic. lib. 3.

Quo affectus est supplicij genere, Regulus, refert Gellius lib. 6. Cap. 4. & Cic. In ora. in Pisonem illum scilicet, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necatum esse.

Egregius properaret exul.
Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet, non aliter tamen
Dimouit obstanteis propinquos,
Et populum reditus morantem:
Quàm si clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

AD ROMANOS, QVOD SÆPE posteri pœnas luant, quas maiores effugerint.

Ode. 6. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta

——U———UU—U—
———U———UU—UU
——U———U—U
—UU—UU—U——

Quantum calamitatis inuexerit contempta religio, probat multis exemplis, & cõtrà quãtum commodi innocentia & deorum cultus. Crassũ enim & Fabienum Antonij legatum cũ toto exercitu deletum a Parthis refert ob violatam religionẽ. Hinc a maiorum moribus iuuentutem sic degenerasse, quod impunè

Delicta maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris,
Ædesq́; labenteis deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.
Dijs te minorem quòd geris, imperas.
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuose.
Iambis Monæses & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros: & adiecisse prædam
*Torquibus exiguis * renidet.*
Penè occupatam seditionibus

Delenit

Deleuit vrbem Dacus, & Æthiops:
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis
Fœcunda culpæ secula nuptias
Primùm inquinauere, & genus, & domos:
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populúmque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & *fingitur artibus
Iam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur vngui.
Mox iuniores quærit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet impermissa raptim
Gaudia, luminibus remotis,
Sed iussa coràm non sine conscio
Surgit marito: seu vocat institor,
Seu nauis Hispanæ magister,
Dedecorum pretiosus emptor.
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico:
Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalémque dirum:
Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas, & seueræ
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes: sol vbi montium
Mutaret vmbras, & iuga demeret

passim adulteria cõmittãtur, ex quibus nothi ignauiq; filij nascantur, sic nati corruptissimè educẽtur. Tantũ a maioribus nostris degeneraumus: vt qui olim fortissimi viri fuerint, ijdem simplicissimi fuerint, nuncautem contrà fiat.

*al. frangitur artubus: alij fingitur artubus.

* Monæsis in patrio casu legit Lambi. Remdet, i. lętatur se nostris spolijs ornatiorem esse. Fæcun. quæ noua subinde vitia pariũt. Ionici motus, molles sunt & impudici: vnde Plato Ionicã harmoniam, vt nimis mollem, e suam ciuitate exegit.

Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

* Gratum & optatũ quietis tempus adducens.

AD ASTERIEN DESIDERIO
mariti mœstam, solans eam, monensque ne cuiusquam blanditijs, speciéue capiatur.

Ode. 7. Dicolos Tetrastrophos: vt, Quid mu
gracilis te puer. – – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – ∪
– – – ∪∪ – ∪ –

Consolatur Asterien Gygis familiaris sui vxorem dolentem ob mariti absentiã, promittitque illum rediturum, cum nactus erit ventum oportunum: interim benè speret, & se gerat modestè, neque patiatur sibi a quoquam imponi, quo pudicitiam violet, sed castis-

QVid fles Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Fauonij,
Thyna merce beatum,
*Constanti iuuenem fide
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
Post* insana Capræ sidera, frigidas
Nocteis, non sine multis
Insomnis lacrymis agit.
At qui solicitæ nuntius hospitæ
Suspirare Chloẽn, & miseram tuis
Dicens ignibus vri,
Tentat mille vafer modis.
Vt Prœtum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis

Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat penè datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippoliten dum fugit abstinens:
Et peccare docenteis
Fallax historias monet,
Frustra, nam scopulis surdior Icari
Voces audit adhuc integer. at, *tibi*
Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat, caue:
Quamuis non alius flectere equum sciens
Æquè conspicitur gramine Martio:
Nec quisquam citius æquè
Thusco denatat alueo.
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ:
Et te sæpe vocanti
Duram, *difficilis mane.*

simo marito fidem seruet, qui nullis blanditijs potest ad adulterium sollicitari.

*Constantis fide legit Lãbi. vt sit patrius casus antiquus.

Insana, quia eorum ortus magnas tempestates excitat.

Vt ille tibi fidem seruet tu ei vicissim seruato, & omnem eius fallendæ occasionẽ vita. Sic Græci loquuntur, χαλεπὴ οὖσα διατέλει.

¶ *Ad Mecœnatem; ne miretur, quod Calendis Martijs, cum sit sine vxore, sacrificet.*

Nam eo die maximum effugit
periculum, arbore fracta
penè illisus.

Ode. 8. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iam satis terris.

—∪———∪∪—∪——
—∪———∪∪—∪—∪
—∪———∪∪—∪—∪
—∪∪——

Reddit causam Mecœnati, quod Calēdis Martias celebraret, qui dies solis matronis festus erat, quo etiā mariti pro vxorum suarū salute supplicabant. nam se eo die ait ab arboris casu seruatum, & ob id Libero vota soluere velle. Mecœnatem ad epulas inuitans, & celebritatem omissa Reip. cura, quę pacatis satis trāquilla sit. De hoc ictu scripsit, ode 13 lib. 2.

*al. demouebit.

*al. Cotisontis.

* Sera, quia Cantabros deuicit Augrippa Augusti auspicijs, vt est in epistol. ad Iccium, lib. 1.

Martijs cœlebs quid agam Calendis:
Quid velint flores, & acerra thuris
Plena, miraris: positúsque carbo in
Cespite viuo,
Docte sermones vtriusque linguæ,
Voueram dulceis epulas, & album
Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte festus
*Corticem astrictum pice * dimouebit*
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule Tullo.
Sume Mecœnas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem, procul omnis esto
Clamor & ira.
Mitte ciuileis super vrbe curas.
*Occidit Daci * Cotisonis agmen:*
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis.
Seruit Hispanæ vetus hostis oræ
*Cantaber, * sera domitus catena:*
Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens, ne quà populus laboret,
Parce priuatus nimium cauere: &
Dona præsentis cape lætus horæ, ac
Linque seuera.

D. LYDIAM, INDVCENS

zam singulis quatuor versibus respondentem.

l. 9. Dicolos distrophos, vt: Sic te diua potens.

———VU—U—

———VU——VU—U—

Onec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidæ
uici iuuenis dabat:
Persarum vigui rege beatior.
Donec *non aliam magis
Arsisti, neque erat Lydia post Chloën,
ulti Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
Me nunc Thressa Chloë regit,
Dulceis docta modos, & citharæ sciens:
ro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata superstiti.
Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
ro quo bis patiar mori:
Si parcent puero fata superstiti.
Quid? si prisca redit Venus?
Diductúsque* iugo cogit aheneo?
flaua excutitur Chloë?
Reiectáq; patet ianua Lydiæ?
Quanquam sidere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
acundior Adria:
Tecum viuere amem, tecum obeam libens.

*Lambi. legit non alia magis, &c.

Ilia Numitoris filia, mater Romuli.

Si pa. i. si mea morte possim assequi, vt sit mihi superstes.

Iugum aëneũ quam nullũ hic sumit pro amantium concordia, interueniens dissidium sit dissoluturũ.

¶ Ad

¶ *Ad Lycen asperam, & intractabilem Ode. 10. Dicolos Tetrastrophos: vt, Scribonio fortis, & hostium.* ———UU——UU—U—
———UU——UU—U—
———UU——UU—U—
———UU—UU

EXtremum Tanaim si biberes Lyce,
Sæuo nupta viro, me tamen asperas
Perrectum ante fores obijcere incolis
Plorares Aquilonibus.
Audis quo strepitu ianua, quo nemus
Intra pulchra situm tecta remugiat
Ventis? & positas vt glaciet nineis
*Puro numine Iupiter?
Ingratam Veneri pone superbiam,
Ne currente retro funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamuis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,
Nec vir Pieria pellice saucius
Curuat, supplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior æsculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis, aut aquæ
Cœlestis patiens latus.

Vehemés expostulatio in Lyces puellæ crudelitatem quç amatorẽ suum vento, & niuibus expositum pateretur ante fores suas pernoctare, quod vix faceret barbaris. quæque barbaro nupta marito, nec metuat ne vicissim contempta det pœnas inhumanitatis.

*Puro, sereno cœlo, quod hyeme magis frigidum est, quàm nebulosum. Ingrata est Veneri, & Baccho puerorum, & puellarum in amantes superbia.

AD MERCVRIVM, VT IMSPIRE
sibi modos, quibus Lide amica aureis
obstinatas applicet.

Ode.11. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iam satis
rris.

—υ———υυ—υ——
—υ———υυ—υ——
—υ———υυ—υ—υ
—υυ——

Mercuri (nam te docilis magistro
Mouit Amphion lapides canendo)
ique testudo resonare septem
Callida neruis:
ec loquax olim, neque grata, nunc &
iuitum mensis, & amica templis
ic modos, Lyde quibus obstinatas
Applicet aureis.
ua, velut latis equa trima campis,
udit exultim: metuitq́ tangi,
uptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.
u potes Tigreis, comitésque syluas
ucere, & riuos celereis morari:
Cessit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ
erberus: quamuis furiale* centum
Muniant angueis caput eius, atque
piritus teter, saniésque manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tityosq́ vultu
isit* inuito: stetit vrna paulum
icca, dum grato Danai puellas

Mercurium laudat a lyræ inuentione, & cantus efficacia: a quo petit, vt lyræ suæ talem inferat suauitatem, vt Lydes amicę immitem animum possit flectere. nam facilè illum hoc posse ostendit, cum eius opera lapides emollitos ait, & Cerberum, cum seuerissimis vmbris.

*Cessit, &c. cũ vxorẽ tuã Eurydicen repeteres.

*Sic ode 13. lib. 2. dicitur bellua centiceps.

Inuito, quia consentaneũ est mœstum illum esse, cuius iecur a vulture assiduè depascatur.

Carmine

Carmine mulces.

Audiat Lyde Danaidum supplicium, vt in amatorem dura & impia, vt illæ esse desinat.

Audiat Lyde scelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata,
Quæ manent culpas etiam sub Orco.
Impiæ: (nam quid potuere maius?)
Impia sponsos potuere duro
Perdere ferro.

Vna, Hypermnestra, quæ maritum seruauit.

Vna de multis, face nuptiali
Digna periurum fuit in parentem
Splendidè mendax, & in omne virgo
Nobilis ævum:

Oratio Hypermnestræ ad Lynceum maritum.

Surge, quæ dixit iuueni marito,
Surge, ne longus tibi somnus, vnde
Non times, detur: socerum, & scelestas
Falle sorores.

Longus somnus mortem significat, quæ ab Homero ideo ταυηλεγὲ dicitur, id est, longum quiescendi tempus præbens.

Quæ velut nactæ vitulos leænæ,
Singulos eheu lacerant: ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Claustra tenebo.
Me pater sæuis oneret catenis,
Quòd viro clemens misero peperci,
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.

Siue terra, siue mari iter facere voles, propera, quàtum potes.

I, pedes quo te rapiunt, & aura,
Dum fauet nox, & Venus: i secundo
Omine: & nostro memorem sepulchro
Sculpe querelam.

AD NEOBVLEN AMICAM,

insuauem esse vitam sine hilaritate, amariq; ab ea Hebrum, fortissimum adolescentem.

Ode. 12. Dicolos Tristrophos. Primi quique duo versus sunt Ionici a minore Sapphici Trimetri acatalecti, qui constant e tribus ionicis a minore, vel vltimo Pæone tertio, hoc modo:

Miserārum ēst ᴗᴗ— —*nĕq; ămor* ᴗᴗ— — *dărĕ lūdum* ᴗᴗ—ᴗ
Nĕque dūlcī ᴗᴗ— —*mălă vīnō* — —*lăuĕre āut ēx* ᴗᴗ— —

Tertius item versus est Ionicus a minore Sapphicus Acatalecticus, sed tetrameter, constans e quatuor Ionicis a maiori, hoc modo:

Ănĭmārī ᴗᴗ— — *mĕtŭēnteis* ᴗᴗ— — *pătrŭæ vērŭ* ᴗ— —*bĕrăl īngūæ* ᴗᴗ— —

ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —ᴗᴗ—ᴗ
ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —
ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —ᴗᴗ— —

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere: aut exanimari metuenteis patruæ verbera linguæ.
Tibi qualum Cythereæ puer ales,
Tibi telas, operosæq; Mineruæ*
Studium aufert, Neobule, Liparæi niter Hebri,
Eques ipso melior Bellerophonte:
Neque pugno, neque segni pede victus,
Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis:
Catus idem per apertum fugienteis
Agitato grege ceruos iaculari: &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprū.*

Miserum est, si quis ita vehementer amet, vt ex amore nullam sentiat voluptatem: sed semper anxius sit, & solicitus, adeo vt ne consuetum quidem exercitium possit repetere. Operosæ, quia artibus & operibus omnibus preest Mineruа: intelligit autem hic lanificium.

*al. arcto.

Ad

¶ *Ad fontem Blanduſiam, quod magis perſpicuus ſit, quàm vitrum.*

Ode. 13. Tricolos Tetraſtrophos: vt, Q multa.

———UU——UU—U—
———UU——UU—UU
———UU——
———UU—UU

O *Fons Blanduſiæ, ſplendidior vitro,*
*Dulci digne mero, *non ſine floribus,*
Cras donaberis hœdo,
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prælia deſtinat
Fruſtra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine riuos
*Laſciui * ſoboles gregis.*
Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente, cauis impoſitam ilicem
Saxis, vnde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

Laudes fontis Blãduſiæ, quę in Sabinis eſt regio, in qua erat poetę ager, cui ob ſalubritatem, & amœnitatem pollicetur ſacrificium, & nominis immortalitatẽ inter nobiliſſimos quoſque fontes. Non ſine: vel quia fontes floribus ſolebãt inſpergere, vel quia hoſtias floribus & ſertis coronabant. *al. Suboles.

¶ *Auguſti laudes victoris ex Hiſpania reuertentis, comparans eum Herculi, quòd non per alios, ſed per ſe laborem adminiſtret.*

Ode. 14. Tricolos Tetraſtrophos: vt, Iã ſatis ter

—U—

—U———UU—U——
—U———UU—U—U
—U———UU—U——
—UU——

Herculis ritu modò dictus, ô plebs,
Morte venalem petijsse Laurum,
Cæsar Hispana repetit penates
Victor ab ora.
Unico gaudens mulier marito
Prodeat iustis operata diuis:
Et soror clari ducis, & decoræ
Supplice vitta
Virginum matres, iuuenumq́; nuper
Hospitum. Vos ô pueri, & puellæ
*Iam virum expertæ, malè * nominatis*
Parcite verbis.
Hic dies verè mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras.
Pete vnguentum, puer, & coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli:*
Spartacum siqua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crimen,
Si per inuisum mora ianitorem
Fiet, abito.
Tenit albescens animos capillus

Mira comparatio Augusti & Herculis, & quidem appositissima. Nam vt Hercules, vt mundum mõstris purgaret, in Hispaniam profectus, Geryone extincto maximã gloriam reportauit: ita Augustus, post Antonium & Reipu. hostes confectos, Cãtabros prædones, & ferocissimam gentẽ domuit, ex quibus luculentissimam victoriam reportauit, suo periculo & Marte partã.

*al Ominatis. Respicit ad morem elegantiorũ hominum, qui in conuiuijs vnguenta, & coronas adhibent.

* Marsi memo.i. cadum, qui tum fuerit in cella cõditus, cũ bello Marsico

arderet Italia.

*Bellum seruile intelligit cum populo Ro. Chryso & Spartaco ducib. gestum, anno 16. post Marsicum.

Litium & rixæ cupidos proterua.
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta
Consule Planco.

In Chlorin mœcham, vetulam luxuriosam.

Ode 15. Dicolos distrophos, vt: Sic te diua potens Cypri.

———UU—U—
———UU——UU—U—

Hac ode ostendit quantū dedeceat, maximè senem, & pauperem, intempestiua lasciuia, citharæ cantus, & eiusmodi voluptates: quū illa sint potiùs adolescentum.

V Xor pauperis Ibici,
*Tandem nequitiæ * fige modum tuæ,*
Famosisq; laboribus.
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines,
Et stellis nebulam spargere candidis.
Non, si quid Pholoën satis,
Et te, Chlori, decet: filia rectiùs
Expugnat iuuenum domos,
Pulso Thyas vti concita tympano.
Illam cogit amor nothi
Lasciuæ similem ludere capreæ:
Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti vetulam face tenus cadi.

*al. pone.

Thyades sunt Bacchi sacerdotes, quę aliis nominibus Mænades, & Bacchę appellantur.

Luceria oppidum Apuliæ, circa quod optimę lanę rondebantur.

¶ *Ad Mecœnatem, ostendens nihil non posse auro, aut pecunia expugnari.*

Ode 16. Dicolos tetrastrophos, vt: Scribêris Vario fortis, & hostium. ———UU——UU—UU
———UU——UU—UU
———UU——UU—UU
———UU—U—

Nclusam Danaen turris ahenea,
Robustaq́ fores, & vigilum canum
ristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
non Acrisium, virginis abdita
ustodem pauidum, Iupiter & Venus
isissent. fore enim tutum iter, & patens,
Conuerso in pretium deo.
Aurum per medios ire satellites,
perrumpere amat saxa, potentius
ctu fulmineo. Concidit auguris
Argiui domus, ob lucrum
emersa excidio. diffidit vrbium*
ortas vir Macedo, & subruit æmulos
eges muneribus. Munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
rescentem sequitur cura pecuniam,
aiorumq́ fames. Iure perhorrui
atè conspicuum tollere verticem,
Mecœnas, equitum decus.
Quanto quisque sibi plura negauerit,
A dijs plura feret. nil cupientium
Nudus castra peto: & transfuga, diuitum
Partes linquere gestio,
ontemptæ dominus splendidior res,
Quàm si, quicquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Purarinus aquæ, syluáque iugerum

Fabula Danaes, & historijs nõnullis docet, quantum calamitatis afferat rebus mortalium auri cupiditas: Nam illa non solũ munitissimas ciuitates expugnari, & euerti, vt a Philippo Macedoniæ rege: verum sacra omnia prophanari, coniuges in coniugũ perniciem corrumpi, vt Eryphile Amphiarai vxor: eam esse auaritiæ naturã, vt expleri nõ possit, sed in nouas, atque nõ nouas solicitudines pertrahat hominẽ, quare nõ immeritò sibi cauisse, ne quid supra conditionem suam affectaret, sed paucis cõtentus maneret.

* al. exitio. Qui rem aliquã contem-

Pancorum, & segetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Quanquam nec calabræ mella ferunt apes:
Nec * *Læstrygonia Bacchus in amphora*
Languescit mihi: nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies abest:
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam:
Quàm si Mygdonijs regnum Alyattici
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa, bene est cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

Ad Ælium Lamiam Senatorem ab Lamiarum rege ortum: admonens, vt paratus incuret genium, propter futuram tempestatem.

Ode 17. Tricolos tetrastrophos, vt: Vides, vt

——∪———∪∪—∪—
——∪———∪∪—∪—
——∪———∪—∪
—∪∪—∪∪—∪——

Æ Li vetusto nobilis ab Lamo,
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos)
Autore ab illo ducis originem,
Qui formiarum mœnia dicitur

nit, nihilo magis ea carere videtur, quã si ea possideret: at, qui quauis re non caret, eius verior est dominus, quã qui, quæ habet ijs vti nõ audet.

Formiana, quia Cicero ad Att. 2. Formias appellat τηλέπυλοιλαις ριγονίαν. Impor. quæ neminem veluti in portu finit conquiescere: vel quę quodãmodo a portu prohibet.

Ælium Lamiam, cuius suprà meminit, a genetis antiquitate laudat. Ait enim Lamiarum familiã a Formijs oriũdã, vbi Lamus regnauit, qui Lamijs in vrbe dignitate, & opibus præcipuis nomẽ dedit.

Princeps, & iuuantem Maricæ
Litoribus tenuisse Lirin,
...ti tyrannus. cras folijs nemus
...ultus, & alga litus inutili
Demissa tempestas ab Euro
Sternet: aquæ nisi fallit augur
...nosa cornix. dum potes, aridum
...mpone lignum: cras genium mero
Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

Liris fluuius est quæ in Minturnas influit.
Aquę augur, infra ode 27. dicitur Imbrium diuina auis imminẽtum.
Annosa: quæ hominum ætatem nouies viuendo superat.

D FAVNVM, ORANS VT PER
suos agros lenis transeat.
...de 28. Tricolos tetrastrophos, vt: Iã satis terris.

—U— — —UU—U—U
—U— — —UU—U—U
—U— — —UU—U— —
—UU— —

...Aune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fineis, & aprica rura
Lenis incedas, abeásque paruis
Æquus alumnis:
...tener pleno cadit hœdus anno:
...arga nec desunt Veneris sodali
...na crateræ: vetus ara multo
Fumat odore:
...udit herboso pecus omne campo,
...ùm tibi nonæ redeunt Decembres:
...estus in pratis vacat otioso
Cum boue pagus:

Fauno, qui a Gręcis Pan appellari creditur, nonis Decembris sacrificabãt, ne læderet. Nam ex dijs inferis, & sinistris putabatur. Orat igitur, non vt prosit, sed ne noceat, dum per agros suos transit.
*al. lętus.
Paruis alũ. vel paruo fœ-

Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestis tibi silua frondeis:
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

¶ *Ad Telephum, iocose eum corripiens, qui historias non pertinentes ad rem scribat.*

Ode 19. Dicolos distrophos, vt: Sic te diua potens Cypri. ——UU—U—
——UU——UU—U—

QVantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori
Narras, & genus Æaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:
Quo Chium pretio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus
Quo prebente domum, & quota
Pelignis careat frigoribus, taces.
Da luna propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ, tribus, aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates, treis prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratias,
Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuuat: cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?

cui pecudum, vt agnis & hœdis: verrulis. Veneris fodit. quia sine Cerere & Baccho friget Venus. Teren. Telephum familiarem suũ reprehendit, quòd genialogias nescio quas, & curiosas historias scrutaretur, & nõ potiùs ea, quæ ad vitæ vsum & hilaritatẽ attinent, narret, cui ẽtq; vt suauiter potet, & sine noxa a Gratiatũ numero ad Musarum numerũ cyathos exhauriat, neque progrediatur, ne conuiuij gratia perdatur per tumultẽtiam. Nudę gratiæ finguntur, quia sine fuco esse debẽt. Berecyn. tib. id est, Phrygiæ, quia in Phrygio ti-

biarum vſus primùm inuentus eſt: vndein ſacris Cybeles adhibebantur.

rcentis ego dexteras
Odi, ſpargere roſas. audiat inuidus
ementem ſtrepitum Lycus:
Et vicina ſeni non habilis Lyco.
ſtate nitidum coma,
Puro te ſimilem, Telephe, veſpero,
mpeſtiua petit Chloe:
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

D PYRRHVM SODALEM ADmonens, ne ab amante fœmina abſtrahat puerum, ob futurum periculum.

de 20. Dicolos tetraſtrophos, vt: Iã ſatis terris.

–U– – –UU–U– –
–U– – –UU–U– –
–U– – –UU–U– –
–UU–U

NOn vides, quanto moueas periclo
Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ?
Dura poſt paulò fugies inaudax
Prælia raptor:
Cùm per obſtantes iuuenum cateruas
Ibit inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior, an illi.
Interim dum tu celeres ſagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos:
Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo
Sub pede palmam
Fertur: & lenis recreare vento,

Pyrrhũ amicum ſuũ monet, tam periculoſum illi eſſe Nearchũ iuuenẽ a muliere, quę illũ deperibat, abſtrahere, quàm a leæna auferre catulos ſuos.

Nireus omnium Grecorũ post Achillẽ pulcherimus.

Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
Raptus ab Ida.

Ad Amphoram eodem secum anno natam, ut
Coruini gratiam vetusta vina promat.

Ode. 21. Tricolos tetrastrophos, vt: Vides, ut

——U———UU—U—
——U———UU—U—
——U———U——
—UU—UU—U—U

Festiue ebriorum naturam describit: quidam enim faceti & hilares, quidam somnolenti sunt, nõnulli vino in Venerem accenduntur. Prouocat deinde Catonis exẽplo Coruinũ, tametsi philosophus sit, ad largiorem compotationem: nã prẽterquã, quòd per vinum amicitiam experimur, animi quoque tristitiam, illo optimè discutimus. Languidiora, vetustate facta leuiora.

O Nata mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, siue geris iocos,
Seu rixam, & insanos amores,
Seu facilem, pia testa, somnum:
Quocunque lectum nomine Massicum
Seruas, moueri digna bono die,
Descende, Coruino iubente
Promere languidiora vina.
Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerunque duro: tu sapientium
Curas, & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyæo:
Tu spem reducis mentibus anxijs,
*Viréque: & addis * cornua pauperi,*
Post te neque iratos trementi

Pauperem efficit vinum audacem, &

Regum

Regum apices, neque militum arma.
Te Liber, &, si laeta aderit Venus,
Segnésque nodum soluere Gratiæ,
Vinaq́; producent lucernæ:
Dum rediens fugat astra Phœbus.

pugnãdi cupidũ: ex quo effectu cornua Baccho affingi solẽt.

IN DIANAM.

Ode 22. Tricolos tetrastrophos, vt: Iã satis terris.

—∪———∪∪—∪—∪
—∪———∪∪—∪——
—∪———∪∪—∪——
—∪∪—∪

MOntium custos, nemorumq́, virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimísque leto,
Diua triformis:
Imminens villæ tua pinus esto:
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Cõsecrat pinum Dianę in fundo suo eiusque officia, ac potestates numerat, pollicetúrque verrẽ annuersariũ. Dicitur Diana Iuno Lucina, quam in pariendo inuocant. Vide Cic. de na. Deor. 2.

¶ Ad Phidilen, suadens deos puris manibus, & bona conscientia colendos esse.

Ode 23. Tricolos Tetrastrophos, vt: Vides vt alta.

——∪———∪∪—∪—
——∪———∪∪—∪—
——∪———∪——
—∪∪—∪∪—∪——

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente luna rustica Phidile:*
Si thure placaris, & horna

Rusticæ mulieri promittit omnia futura salua in agro, si pie-

tatē & deos colat. Illos autem optimè coli placarique, non sumptuosis hostijs, & hecatombis, sed pura conscientia, & manibus cæde, & rapina non inquinatis.

* al. Phillide. & legi fortasse potest Phidale, vt significetur ipso nomine puella parca.

Fruge lares, auidáque porca:
Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.
Nam quæ niuali pascitur Algido
Deuota, quercus inter & ilices:
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, pontificum secureis
Ceruice tinget. te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rores deos, fragilíque myrto.
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia,
Mollibit auersos penates
Farre pio, & saliente mica.

¶ *In auaros, minans relinquendas esse diuitias indigno hæredi, per luxuriam omnia consumpturo, quia malè parta, malè dilabuntur.*

Ode 24. Dicolos distrophos, vt: Sic te diua potens.

– – – UU – UU
– – – UU – – UU – U –

Innehitur in insanam hominum auaritiā, qui per fas & nefas omnia inuadant, terram & mare ædificijs impleant, quum illa nihil profutura sint,

INtactis opulentior
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis & mare Ponticum:
Si figit Adamantinos
Summis verticibus dira necessitas

Clauos

Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Viuunt: & rigidi Getæ,
Immetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumq; laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit virum
Coniux: nec nitido fidit adulterо:
Dos est magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas:
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
O quisquis volet impias
Cædes, & rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam,
Clarus post genitis: quatinus (heu nefas)
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid tristes querimoniæ,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus

cùm aderit mortis necessitas: feliciores esse Scythas, qui plaustris circumaguntur, & e medio viuũt, neque vltra, quàm satis est ad viaticũ suũ affectant. *Intactis dicit, quia nõdum Arabia Romanorum iugum senserat. Rigidi, vel quia sunt ἀνέσιοι, sine familia: vel quia carent rebus ad victum congestis. *Non vnus aliquis in eodem agro colendo per omnem vitam versatur. Qui apud posteros gloriam quæruntˌ peccandi licentiam, & habẽdi cupiditatẽ coerceant, necesse est: vnde, ceu ex fonte, omnia mala promanant.

Vana

Siquidem qui paupertatem vt malũ aliquod exhorrent, nihil nõ faciunt, vt illam effugiãt, de virtute, aut honesto nihil soliciti.

Vana proficiunt? si, neque feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Duratæq; solo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium iubet
Quidquid & facere, & pati,
Virtutisque viam deserit ardua.
Vel nos in capitolium,
Quò clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus. scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa: & tenera nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studijs. *nescit equo rudis*
Hærere ingenuus puer,
Venarique timet: ludere doctior
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Quum periura patris fides
Consortem socium fallat, & hospitem,
Indignoq; pecuniam
Hæredi properet: scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ, tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei.

Quũ, inquit, auaritiã constet esse bonis moribus pestilentissimam, quin eã penitus abijcimus, & eius studium ex animis iuuenum euellimus grauibus exẽplis, & bonis disciplinis?

Pueri ingenui discunt potius trocho Græco, aut alea ludere, quàm equitare, aut venari, quod potius discere deberent.

¶ *Ad Bacchum, petens vt se in suorum nemorum secreta ducat, vbi numine eius repletus Cæsaris Augusti laudes canat.*

Ode 25. Dicolos distrophos, vt : Sic te diua potens.

———UU—U—

———UU——UU—U—

QVo me, Bacche, rapis tui
Plenum? qua in nemora, & quos agor in specus,
Velox mente noua? quibus
Antris egregij Cæsaris audiar
Æternum meditans decus
Stellis inserere, & concilio Iouis?
Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio non secus in iugis
**Exsomnis stupet Euias,*
Hebrum prospiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen: vt mihi deuio
**Ripes, & vacuum nemus*
Mirari libet? ô Naiadum potens,
Baccharumq; valentium
Proceras manibus vertere fraxinos,
Nil paruum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum est,
O Lenæe, sequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.

Allegoricè ostendit tantam esse Cæsaris maiestatem, vt eius laudes non possit verbis consequi, nisi Bacchi numine afflatus in secessum aliquem transferatur, & ibi ab illo prius instruatur: ipse enim Deus est Musicus, & poëtis propitius.

*al. Ex somnis: sed legēdum potus vna voce, vt Græcè ἔξυπνος.

*al. Ripas.

Ad Venerem, quod velit illa lyram consecrare, & amare desinere, rogans, vt vel vna amoris plaga superbam percutiat Chloën.

Ode

Ode 26. Tricolos tetrastrophos, vt: Vides, vt alta

– – ∪ – – – ∪∪ – ∪∪
– – ∪ – – – ∪∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪∪ – ∪∪ – ∪ – ∪

Suspendit lyram suã Veneri, velut miles emeritus iam & fractus, qui nolit amplius Martem experiri, innuens se vellę amori vale dicere.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militaui non sine gloria:
Nunc arma, defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,
Laeuum marinæ qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida
Funalia, & vectes, & arcus
Oppositis foribus minaces.
O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia niue,
Regina, sublimi flagello
Tange Chloën semel arrogantem.

Marinæ, quia ex spumamaris orta dicitur.

Sublimi, sublato in altum flagello, vt plaga sit grauior.

¶ Ad Galateam nauigaturam, eam deterreu
a nauigatione exemplo Europæ.

Ode 27. Dicolos tetrastrophos, vt: Iã satis terri

– ∪ – – – ∪∪ – ∪ – ∪
– ∪ – – – ∪∪ – ∪ – – –
– ∪ – – – ∪∪ – ∪ – – –
– – ∪∪ – – –

Mira arte Galateam amicam ab instituto itinere reuocare conatur: nam vt facilius persuadeat, qui-

Impios parræ recinentis omen
Ducat, & pragnans canis, aut ab agro
Rana decurrens lupa Lanuuino,
Fœtáque vulpes:
Rumpat & serpens iter institutum,

Si per obliquum similis sagittæ
Terruit Mannos. ego cur timebo
Prouidus auspex?
Antequam stanteis repetat paludes,
Imbrium diuina auis imminentum,
Oscinem corum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sit licet fœlix vbicunque mauis,
Et memor nostri Galatea viuas:
Teq; nec læuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix:
Sed vides, quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. ego, quid sit ater
Adria, noui, sinus: & quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium vxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis hœdi, &
Æquoris nigri fremitu, & trementes
Verbere ripas.
Sic & Europe niueum doloso
Credidit tauro latus, & scatentem
Belluis pontum, mediasq; fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum, &
Debitæ nymphis opifex coronæ,
Nocte sublustri, nihil astra præter
Vidit, & vndas.
Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis creten: Pater ô relictum

buſuis alijs potiùs & impijs, quam illi inauſpicatũ iter optat, & mox periculũ oſtẽdit. Nam ex figuis quibuſdam tempeſtatem imminere ait, quã hoſtibus imprecatur. Poſtremò Europe exẽplo planè non eſſe illi tentandum iter affirmat, neque Auſtro fidẽdum: non magis, quàm Europæ tauro, etſi mitiſſimus videbatur.

Tales ſunt motus orientis hœdi, vt hoſtibus eas imprecari oporteat: eſt hęc loquẽdi formula poëtis graue aliquod malum ſignificare volentibus, maximè familiaris.

Europes oratio vehementissima, & artificiosissima, qua affectus muliebres mirè exprimit.

Filiæ nomen, pietasq́, dixit
Victa furore.
Vnde? quô veni? lenis vna mors est
Virginum culpæ. vigilánsne ploro
Turpe commissum? an vitijs carentem
Ludit imago

Eburna, qua Homerus, & hunc sequutus Virgilius falsa insomnia manes ad superos mittere ait.

Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? meliúsne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ, lacerare ferro, &
Frangere enitor modò multum amati
Cornua tauri.

Impudenter liqui patrios penates: impudentiæ est etiam flagitio commisso mortem differre.

Impudens liqui patrios penates:
Impudens orcum moror. ô, deorum
Si quis hæc audis, vtinam inter errem
Nuda leones.
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, teneraq́, succus
Defluat prædæ. speciosa quæro
Pascere tigreis.

Vilis, ob amissum pudorẽ, & patris in te odium, nõ est quod viuas diutius, cum mors tibi passim obuia sit.

Vilis Europe, pater vrget absens:
Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te sequuta
**Ledere collum.*

*al. Elidere, vt prima syllaba pertineat ad præcedentem versum.

Siue te rupes, & acuta leto
Saxa delectant: age, te procellæ
Crede veloci: nisi herile mauis

Carp

Carpere pensum
Regius sanguis, dominaq; tradi
Barbare pellex. Aderat querenti
Perfidum ridens, Venus & remisso
Filius arcu.
Mox vbi lusit satis, Abstineto,
Dixit, irarum, calidæq; rixæ,
Cui tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus.
Vxor inuicti Iouis esse nescis?
Mitte singultus, bene ferre magnam
Disce fortunam, tua sectus orbis
Nomina ducet.

Perfidum. epithetũ perpetuum, sed hoc loco conuenientissimum.

Europa orbis tertia para.

Ad Lyden, quod festo die Neptunaliorum, nil potius facturus sit, quàm vinum depromere.
Ode. 28. Dicolos distrophos: vt, Sic te diua potens.

———UU—U—
———UU——UU—UU

Festo quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum,
Lyde strenua, Cæcubum:
Munitaq; adhibe vim sapientiæ.
Inclinare meridiem
Sentis: ac, veluti stet volucris dies,
Parcis deripere horreo*
Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
Neptunum, & viridis Nereium comas:
Tu curua recines lyra

Ferijs Neptuni se potissimum velle bibere ait de elegantissimo vino, sed ita tamẽ sobrie vt vegetius acutiusque reddat ingenium, non ingurgitatione opprimat.

*al. deripere.

Cynthus mons Deli est, a quo & Apollo Cynthius: & Diana Cynthia nominata est. Venus cygnis ad currũ suũ trahendum vtitur & passeribus etiam & columbis.

Latonam, & celeris spicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Cnidon
Fulgenteisq́ tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis visit oloribus.
Dicetur merita nox quoque Nænia.
Ad Mecœnatem, inuitans eum ad epulas.
Ode. 29. Tricolos Tetrastrophos: vt, Iã satis terr

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

Inuitat Mecœnatem ad conuiuium, quod illi instruxerat, cũ amphora delicatissimi vini, & vnguentis: suadetque ne grauetur paululum ad se diuertere. Nam licet ampliore sit fortuna, non ingratam tamẽ illi vicissitudinem rerum futuram, neque diuiti mundam paupertatem. Itaque æstu iã pestilente instãte, monet, vt vrbe cedat & sepositis publicis ne-

TYrrhena regum progenies, tibi
Non antè verso lene merum cado
Cum flore, Mecœnas, rosarum, &
Pressa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me est. eripe te moræ,
Ne semper vdum Tibur, & Æsulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidæ.
Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis,
Omitte mirari beatæ
Fumum, & opes, strepitumq́ Romæ.
Plerunque gratæ diuitibus vices,
Mundæq́ paruo sub lare pauperum
Cœnæ, sine aulæis, & ostro,
Solicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Ostendit ignem. iam Procyon furit,

Et stella vesani leonis,
Sole dies referente siccos.
Impastor vmbras cum grege languido,
Rimmque fessus quærit, & horrida
Dumeta Syluani: carétque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu cinitatem quis deceat status,
Curas, & vrbi sollicitus times:
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisq; discors.
Prudens, futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus:
Ridétque, si mortalis vltra
Fas trepidat. Quod adest, memento
Componere æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc * medio alueo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adesos,
Stirpesq; raptas, & pecus, & domos
Volentis vnà, non sine montium
Clamore, vicinæq; syluæ,
Cum fera diluuies quietos
Irritat amnes. ille potens sui,
Lætusq; deget, cui licet, in diem
Dixisse, Vixi, cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumq; reddet,

gotijs genio & bonę valetudini det operam: stultũ enim esse, nimium velle sapere, aut de futuro anxiũ esse, sed eo quod adest bene vti prudentis felicissimum autem qui non ex fortuna pendet: sed ita seipsum comparauit, vt quicquid acciderit, hoc ferat impertubato animo.

*al. horrida.

*al. medio æquore.

Potens sui, non obnoxius fortunæ.

Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Laudo manentem: ſi celereis quatit
Pennas: reſigno, quæ dedit, & mea
Virtute me involuo, probamq́;
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum, ſi mugiat Africis
Malus procellis, ad miſeras preces
Decurrere, & votis paciſci,
Ne Cypriæ, Tyriæq́; merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, geminuſq́; Pollux.

Si fortuna mihi net gaudio, ſin auolare velit, relinquo, quæ dedit & me meis finibus meæ virtutis inuolo.

Ad Melpomenen, quod carmen ſuum magis duraturum ſit, quàm regum pyramides.
Ode. 30. Monocolos: vt, Mecœnas atauis edite regibus.

———υυ——υυ—υυ

EXegi monumentum ære perennius,
Regaliq́; ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaq́; pars mei
Vitabit Libitinam. vſque ego poſtera

Abſolutis tribus carminũ libris, ſibi diuturniorem famam partam ait, quàm ſi in eius memoriam areæ ſtatuæ, aut Pyramides Æ-

Creſcã

Crescem laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.
Dicar, qua violens obstrepit Aufidus:
Et qua pauper aquæ Daunus agrestium
Regnator populorum, & humili potens
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Sume superbiam
Quæsitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

gyptiorum regum sepulchra, erigerentur: immortalem enim futuram prædicat. Libitina dea funerum est. *al. Regnauit, vt cõstructio Græca sit, vt verborum βασιλεύω ἀνασσω, &c.

Q. HORATII

Flacci Carminum Liber quartus.

AD VENEREM, QVOD IAM L. annos natus, indecenter res amatorias *scribere cogatur ab Augusto.*

Ode. 1. Dicolos distrophos: vt, Sic te diua potens.

———UU—U—

———UU——UU—UU

INtermissa Venus diu,
Rursus bella moues. parce, precor, precor.
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cinaræ. desine dulcium
Mater sæua cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi

Rogatus ab Augusto, vt in Drusi priuigni sui gratiam quartũ librũ ederet, excusat se quod quinquagenarius cum sit alienus sit a rebus amatorijs & lyrico cantu, horta-

tũrque Venerem vt se relicto ad Paulum Maximũ accedat, iuuenem formosum & nobilem, eloquentia præterea & opibus potẽtem, qui in ea re plurimũ possit, se verò per ætatem prorsus ineptum ad eiusmodi nugas confitetur.

Quò blanda iuuenum te reuocant preces,
Tempestiuius in domo
*Pauli, purpureis *ales oloribus,*
**Comessabere Maximi:*
Si torrere iecur quæris idoneum.
Namque & nobilis, & decens,
Et pro solicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Latè signa feret militiæ tuæ.
Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli:
Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream sub trabe citrea.
Illic plurima naribus
Duces thura, lyræq́, & Berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus non sine fistula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido,
In morem Salium ter quatient humum.
Me nec fœmina, nec puer
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero,
Nec vincire nouis tempora floribus.
Sed cur, heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lachryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?

Ales, i. quæ celeriter vehi soles curru oloribus iuncto.

*Comissabere censet legendum Lambi.

Torrere iecur dicit, quia iecur sedes est libidinis.

Citrea, a citro arbore, odorata.

Lachrymarũ raritas acrem significat doloris vim esse, quæ lachrymas exprimat.

Noctum

Nocturnis ego somnijs
Iam captum teneo: iam volucrem sequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas, dure, volubileis.

AD ANTONIVM IVLIVM, DE laudibus Pindari Lyrici poëtæ.

Ode. 2. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iã satis terris.

–∪–––∪∪–∪––
–∪–––∪∪–∪––
–∪–––∪∪–∪–∪
––∪∪––

PIndarum quisquis studet æmulari,
Iule, ceratis opẽ Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusq́; ruit profundo
Pindarus ore:
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numerisq́; fertur
Lege solutis:
Seu deos, reges q́; canit, Deorum
Sanguinem: per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremendæ
Flamma chimæræ.
Siue, quos Elea domum reduxit
Palma cœlestes, pugilémue, equúmue

Scribit Antonio M. Antonij filio, Pindarum poẽtam omnibus modis inimitabilem, ob incredibilem rerum & verborũ copiã, qua velut torrens exũdat, vbique summus seu pœanas scribat, seu heroes & sacrorum certaminum victores laudet, seu epitaphia vel quęuis alia scri-

bat: illũ igitur cygnum ait ad cœlum ferri, se vero apiculam humi serpere, & pro ingenij sui modulo versus scribere, quare se Antonio cedere, qui Augusti laudes fœliciùs possit tractare, vtpote poëta eximius. Dircęus, i. Thebanus, a Dirce fonte Thebano. *Qui triumphabant, per viam sacram, & forum Romanũ in capitolium vehebantur.

Dicit: & centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsæ iuuenémue raptum
Plorat: & vireis, animúmque morésque
Aureos deducit in astra, nigróque
Inuidet Orco.
Multa Dircæum leuat aura cygnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ
More, modoq;
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vnidiq;
Tiburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Cæsarem, quandoq; trahet feroceis
Per sacrum cliuum, merita decorus*
Fronde, Sicambros:
Quo nihil maius, meliúsue terris
Fata donauere, bonique diui:
Nec dabunt: quamuis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concines lætosq; dies, & vrbis
Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumq;
Litibus orbum.
Tum mea, si quid loquor audiendum,
Vocis accedet bona pars: & ô sol
Pulcher, ô laudande, canam recepto

*al. ego sol, vt sit sensus ego fœlix recepto Cæsare meo ca-

Cæsare fœlix:
Tuq́ dum procedis, Iò triumphe,
Non semel dicemus, Iò triumphe,
Ciuitas omnis, dabimusq́ diuis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccæ,
Me tener soluet vitulus relicta
Matre, qui largis iuuenescit herbis
In mea vota.
Fronte curuatos imitatus igneis
Tertium lunæ referentis ortum,
Quæ notam duxit, niueus videri
Cætera fuluus.

nam te assatim ô dies festa faustãque, quæ illũ nobis incolumem reddidisti.
*al. téque.

Ad Melpomenen, non posse studio poëtico deditum alij rei vacare: hinc de laudibus deorum.

Ode. 3. Dicolos Distrophos: vt, Sic te diua potens.

– – – ∪∪ – ∪∪
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪

QVem tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris:
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem: non æquus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem: neque res bellica Delijs
Ornatum folijs ducem,
Quòd regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt,
Et spissæ nemorum comæ,

Musis fert acceptum quicquid tandem, id est, quod in literis assequutus est, quarũ beneficio fieri ait, vt aliquis ad poeticæ studium incitetur & in eo operæ precium faciat, & gloriam sibi cõparet,

in hoc totus sit, neque rei cuipiam alteri studeat, nõ triumphis isthmijs, Elæis, Olympicis aut eiusmodi certaminibus.

*al. suboles.

Fingent Æolio carmine nobilem.
Romæ principis vrbium
*Dignatur * soboles inter amabileis*
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor inuido,
O, testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas:
O, mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat, sonum:
Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Quod spiro, & placeo: si placeo: tuum est.

DRVSI LAVDES.

Ode 4. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt.

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

QValem ministrum fluminis alitem,
(Cui rex deorum regnum in aueis vag
Permisit, expertus fidelem.
Iupiter in Ganymede flauo:)
Olim inuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium:
Verniq́, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Venti pauentem: mox in ouilia
Demisit hostem viuidus impetus:

Drusum Germanicum, in cuius gratiã hunc librum scripsit, commendat mul-

Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualémue lætis caprea pascuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulsum leonem,
Dente nouo peritura vidit.
Videre Rhœti bella sub alpibus
Drusum gerentem, & Vindelici: (quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amaxoma securi
Dextras obarmet, quærere distuli:
Nec scire fas est omnia) sed diu,
Lateq; victrices catervæ
Consilys iuuenis reuictæ
Censere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita faustis sub penetrabilibus
Posset, quid Augusti paternus
In puerõs animus Nerones.
Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam,
Doctrina sed vim promouet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis

tis nominibus. Nã illũ, Rhætos, Vindelicos, gentem ferocissimam inuasisse ait, perinde atque aquila vitam prædã inuadere solet. Hostes autem eo viso, etsi asperrimi essent, ita trepidasse, vt caprea viso leone in se irruente, commendat & a parentibus & institutione: nam hoc partim deberi ait Augusto, cuius disciplina & educatione ad tantam virtutẽ peruenirent, partim Claudiorum ex qua natus est familiæ: sed maxime bonis disciplinis. quid autem præstiterit ea familia, vel vnus Claudius Nero [illegible] declarauit, cũ apud M[illegible]turum fluuium

Hasdrubalem cum ingenti exercitu sua dexteritate fudit, vt frater Annibal, qui vicinus erat, non senserit, nisi post prolectũ caput Hasdrubalis ante eius pedes, quia victoria populo Romano rempenè desperatã restituit fugato tandem Annibale ex Italia.

Ille dies Latio tenebris:
Qui primus alma risit adorea,
Dirus per vrbes Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Post hoc secundis vsque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vastata Pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos:
Dixit q; tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur vltro, quos opimus
Fallere, & effugere est triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Thuscis æquoribus sacra,
Notósque, maturósque patres
Pertulit Ausonias ad vrbeis,
Duris vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædeis ab ipso
Ducit opes, animúmque ferro.
Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monstrúmue summisere Colchi
Maius, Echionieue Thebæ.
Merses profundo, pulchrior euenit.
Luctère, multa prorues integrum
Cum laude victorem, gerétque
Prælia coniugibus loquenda.

Vt ilex amputatis ramis eò magis crescit: sic Romanis ipsæ etiam cædes vires & animum addunt.

Thebæ dicũtur Echioniæ ab Echione Cadmi genero.

*al. Mersus.

arthagini iam non ego nuncios
Mittam superbos: óccidit, óccidit
Spes omnis, & fortuna nostri
Nominis, Hasdrubale interempto.
Nil Claudiæ non perficient manus:
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit, & curæ sagaces
Expediunt per acuta belli.

*al. perficiũt. al. efficiunt. Per acu. per maxima quęque discrimina: vel vt alij per Belli solertias, quæ a Græcis στατηγήματα nominantur.

D AVGVSTVM DIVTIVS IN
Transmarinis prouincijs morantem.

de. 5. Dicolos Tetrastrophos: vt, Scriberis Vario.

– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪
– – – ∪∪ – ∪ –

Diuis orte bonis, optime Romulæ
Custos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ,
Instar veris enim vultus vbi tuus
Affulsit populo, gratior it dies,
Et soles melius nitent.
Vt mater iuuenem, quem Notus inuido
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem spacio longius annuo
Dulci desinet a domo:*
Votis, ominibusq́, & precibus vocat:
Curuo nec faciem littore denouet:

Scribit ad Augustum, qui a senatu in hoc missis legatis pollicitus se breui rediturũ, diutius opinione morabatur. reuocat igitur eum miro cõsilio simulque laudibus euehit: nam ait populum Romanũ non secus eius absentia affici, ac mater charissimi filij

Sic

absentis desiderio tenetur, eiusque præsentia, vt discussa hyeme veris amœnitate animos omniũ exhilarari ait eius opera pacem vbique restitutam, vt metus quidẽ nullus supersit, quod leges integerrimę administrentur, proinde non esse quòd diutius differat reditum ad suos.

Sic desiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem.
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas:
Pacatum volitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides:
Nullis polluitur casta domus stupris:
*Mos, & lex maculosum edomuit nefas:
Laudantur simili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen
Quis, Germania quos horrida parturit
Fœtus, incolumi Cæsare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condidit quisque diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit lætus, & alteris
Te mensis adhibet deum.
Te multa prece, te prosequitur mero
*Defuso pateris, & *laribus tuum
Miscet numen, vti Græcia Castoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô vtinam, dux bone, ferias
Præstes Hesperiæ, dicimus integro
Sicci mâne die: dicimus vuidi,
Cùm sol Oceano subest.

*Boni mores, & lex Iulia de adulterijs, compresserũt adulteria.

*al. Diffuso.

*Lares colẽs, simul & tuũ numen colit.

AD APOLLINEM ET DIANAM
Carmen Seculare.

Ode. 6. Dicolos Tetrastrophos: vt, Iã satis

–∪–––∪∪–∪––
–∪–––∪∪–∪–∪
–∪–––∪∪–∪––
––∪∪––

Hymnus in laudem Apollinis & Dianæ quem ludis secularibus scripsit, qui centesimo quoque anno celebrabantur, quem iten. a pueris & ingenuis puellis in eorum laudem cani postulat. Laudat autem Apollinem, quod de Niobes filijs & Tityo in matrem Latonam contumelioso sumpserit supplicium, quod Achillem alioqui inuictum apud Troiam consecerit, quod cytharam & musicã inuenerit, a quò denique se ingenium & artem poeticam accepisse fatetur.

Dlue, quem proles Niobea magnæ
Vindicem linguæ, Tityósque raptor
Sensit, & Troiæ propè victor altæ
Phthius Achilles,
Cæteris maior, sibi miles impar:
Hic quamuis Thetidos marinæ
Dardanas turreis quateret tremenda
Cuspide pugnax,
Ille, mordaci velut icta ferro
Fraxinus, aut impulsa cupressus Euro,
Procidit latè, posuit q3 collum in
Puluere Teucro.
Ille non incluſus equo Minervæ
Sacramentito, malè feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palàm captis grauis, heu nefas, heu,
Nescios fari pueros Achiuis
Ureret flammis, etiam latenteis
Matris in aluo:
Hic tuis victus, Veneriſq3 gratæ
Vocibus, diuûm pater annuisset
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ

Phœbe,

Dianam laudat, quòd cũ eadem sit cũ Luna & Cerere, nocti præsit & mẽsibus, fruges vegetet alatque.

Apollo Ἀγυσὺς dictum est παρα τὴς ἀγυας, i. vias.

Celerem vocat, quòd 28. circiter diebus orbem suum conficit: quod est spatium mẽstruum.

Phœbe, qui Xantho lauis amne crines:
Dauniæ defende decus Camœnæ
Leuis Agyieû.
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenq́ dedit poëtæ:
Virginum primæ, pueriq́ claris
Patribus orti,
Deliæ tutela deæ fugaces
Lyncas, & ceruos cohibentis arcu,
Lesbium seruate pedem, meiq́
Pollicis ictum,
Ritè Latonæ puerum canentes,
Ritè crescentem face noctilucam,
Prosperam frugum, celeremq́ pronos
Voluere menseis.
Nupta iam dices, ego dijs amicum,
Seculo festas referente luces,
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

AD TORQVATVM, NOTAN[illegible]
per verni temporis descriptionem, rerum omnium vicissitudinem.

Ode. 7. Dicolos Distrophos. Primus quisq; ve[illegible] est heroicus haxameter catalecticus, qualis, L[illegible] dabũt alij clarã Rhodon, aut Mitylenẽ, hoc m[illegible] Diffũ – – gẽrĕ nĭ – ∪∪ uẽs rĕdĕ – ∪∪ũnt ĩam grãmĭnă – ∪∪ cãmpis – –

Secundus quisque est Dactylicus Arch[illegible] chius dimeter Hypercatalecticus, constans d[illegible]

dact[illegible]

ctylis & syllaba, hoc modo:
rbŏri–UUbūsquĕ co–UUmæ–

–––UU–UU–––UU––

–UU–UU–

Diffugêre niues: redeunt iam gramina campis,
Arboribúsque comæ.
Mutat terra vices: & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cum Nymphis, geminísq; sororibus audet
Ducere nuda choros.*
Immortalia ne speres, monet annus, &, almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt Zephyris: ver proterit æstas,
Interitura, simul
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cœlestia Lunæ:
Nos vbi decidimus
Quô pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus:
Puluis, & vmbra sumus.
Quis scit, an adijciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Dij superi?
Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo.
Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria,
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum

Ostendit ex rerum, & temporum mutabilitate vnũquemquem admoneri nihil esse vita nostra neque fugacius; neque incertius Nam vt illa citissimo impetu feruntur, ita homines ad interitum rapiuntur: nisi quòd tempora mutua successione reparãtur: homines verò vbi semel perierint, nũquam reuiuiscunt, & quidem quando perituri sint, incertum est.

*Audet nuda & fortasse quia frigora mitescunt Zephyris.

Quò pius, &c. ad inferos intelligit, sed vtitur hac loquendi formula, vel extenuandæ rei tam formidolosæ, vel consolandæ conditionis humanæ gratia.

Liberat Hippolitum:
Nec Lethæa valet Theseus abrumpere char
Vincula Perithoo.
Ad Martium Censorinum, nihil esse, quod
magis immortales facere possit, quàm car
Ode. 8. Monocolos, vt: Mecœnas atauis edit

— — — ∪∪ — — ∪∪ — ∪ —

Scribit Censorino, se cupere amicos liberalitate & beneficijs demereri, verum pro sua tenuitate nõ posse statuas, tripodas, vasa argentea, munera elargiri, tantùm carmina posse donare, ex quibus tamẽ non minùs, quàm ex titulis & imaginibus boni viri illustrantur, quemadmodum Scipio Africanus, ab Ennio Romulus, Æacus a poëtis, & scriptoribus diuinitate donati: sic Hercules, Castor & Pollux in deorum numerum relati sunt.

DOnarem pateras, grataq; commodus,
Censorine, meis æra sodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu pessima munerum
Ferres: diuite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus,
Solers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hæc mihi vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, & pretium dicere muneris.
Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus, & vita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorsum Annibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus redijt, clariùs indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides: neque,
Si chartæ siliant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ

Ma

Mæuortisq́ puer, si taciturnitas
bstaret meritis inuida Romuli?
eptum Stygijs fluctibus Æacum
rtus, & fauor, & lingua potentium
tum diuitibus consecrat insulis.
ignum laude virum Musa vetat mori:
lo Musa* beat. sic Iouis interest
ptatis epulis impiger Hercules.
larum Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.
rnatus viridi tempora pampino
iber vota bonos ducit ad exitus.

Calabræ Pierides Enniũ; significant, qui fuit Calaber.

*Beat: beatũ efficit, quum receptum esse in cœlum omnibus carminibus persuadeat.

D MARCVM LOLLIVM, AFfirmans immortalia fore sua scripta.

de. 9. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

— — U — — — UU — U —
— — U — — — UU — UU
— — U — — — U — —
— UU — UU — U — —

NE fortè credas interitura, quæ
Longè sonantem natus ad Aufidum,
Non antè vulgatas per arteis
Verba loquor socianda chordis:
Non, si priores Mæonius tenet
deis Homerus: Pindaricæ latent,
Cæaq́, & Alcæi minaces,
Stesichoriq́ graues Camœnæ.
ec, si quid olim lusit Anacreon,
eleuit ætas. spirat adhuc amor,

Modestè Lollio immortalitatem carmine suo pollicetur: nam, vt nõ sit summus, aut summis proximus, non tamen defuturũ ait scriptis suis suam laudem, & vitã, quemadmodũ neq; latet Pindarus, Simonides, Al-

Viuunt q; commissi calores
Æoliæ fidibus puellæ.
Non sola comptos arsit adulteri
Crineis, & aurum vestibus illitum
Mirata, regales q; cultus,
Et comites, Helenæ Lacænæ:
Primúsue Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomeneus, Sthelenúsue solus
Dicenda Musis prælia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graueis
Excepit ictus pro pudicis
Coniugis, puerisq; primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte: carent quia vate sacro.
Paulùm sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Totue tuos patiar labores
Impunè, Lolli, carpere liuidas
Obliuiones. Est animus tibi,
Rerúmque prudens, & secundis
Temporibus, dubijsq; rectus,
Vindex auaræ fraudis, & abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
**Consulq; non vnius anni,*

cæus, Stesichorus, Anacreon, Sappho, & cæteri, etsi Homerus primum locũ teneat, & illos longè superet: carminum autẽ tantam esse vim, vt Helenam, & Teucrum, Sthenelum, Hectorem, Deiphobum, Agamemnonem immortalitati donauerit, alioqui obscuriſſimos futuros, vt ij qui ſine laudatore poëta perierunt, etſi non minùs fortes fuerint: quare & Lollium ſe velle ait ab obliuiõe ſcriptis ſuis vindicare.

Ilios eſt ipſa Troiæ vrbs, Ilion arx vrbis.

Non multùm diſtat virtus nullis illuſtrata literis, ab ignaua, & otioſa vita.

*Conſul per-

Sed quoties bonus, atque fidus
lex honestum prætulit vtili: &
erit alto dona nocentium
Vultu: & per obstanteis cateruas
Explicuit sua victor arma.
n possidentem multa, vocaueris
cte beatum: rectiùs occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti,
rámque callet pauperiem pati,
iúsque leto flagitium timet:
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.

petuus, & rex ille est qui suis cupiditatibus imperat: laudat igitur hic Lollij prudentiam in moderandis affectibus suis, & appetitu reprimẽdo: vel potest hic sensus esse, quoties incorruptũ te iudicem prębes, & fortiter pro rep. te geris, toties consularibus fascibus ornat te tua virtus.

N LIGVRINVM SVPERBVM
pulchritudine & donis Veneris, sed aliquando turpem futurum.

Ode. 10. Monocolos, vt: Tu ne quæsieris scire,
fas, quem mihi, quem tibi.

———UU——UU——UU—U—

O Crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens:
Insperata tuæ cùm veniet pluma superbiæ:
t, quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color est Puniceæ flore prior rosæ,
Mutatus Ligurinũ in faciem verterit hispidam,
Dices: heu (quoties te in speculo videris alterum)
Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

Monet, ne quis ob corporis bona, quæ momentanea sunt, & fluxa, superbiat.

Ad Phyllidem, inuitans eam ad lætitiam conuiuij exhibendi natali Mecœnatis.

Ode. 11. Dicolos tetraſtrophos: vt, Iã ſatis

—∪———∪∪—∪—∪

—∪———∪∪—∪——

—∪———∪∪—∪———

—∪∪——

Celebraturus poëta natalē Mecœnatis ſui, qui dies erat Idib. Aprilis menſis, qui veneri ſacer eſt, inuitat Phyllidē amicam ad conuiuij celebritatem multo cum apparatu exhibendam, neque grauetur venire, quòd ſperet quicquam de amore Telephi amaſij ſui: nam ille ab alia puella ditiore detinetur: proinde non eſſe ſpem de illo, ac ne velle quidem eam debere imparem ſibi ambire, probat exēplo Phaëtontis, & Bellerophontis.

EST mihi nouum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus: eſt in horto,
Phylli, nectendis apium coronis:
Eſt edera vis
Multa, qua crineis religata fulges:
Ridet argento domus: ara caſtis
Vincta verbenis auet immolato
Spargier agno:
Cuncta feſtinat manus: huc & illuc
Curſitant miſtæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs: Idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem:
Iure ſolennis mihi, ſanctiórque
Pene natali proprio, quod ex hac
Luce Mecœnas meus affluenteis
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupauit
Non tuæ ſortis iuuenem puella
Diues, & laſciua: tenétque grata
Compede vinctum.

rret ambustus Phaëthon auaras
es: & exemplum graue præbet ales
gasus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem:
mper vt te digna sequare: & vltrà
am licet, sperare, nefas putando
sparem vites: age, iam meorum
Fines amorum,
Non enim posthac alia calebo
mina) condisce modos, amanda
oce quos reddas, minuentur atræ
Carmine curæ.

Ad Virgilium negotiatorem, inuitãs eum ad conuiuia, quod tempora veris sitim adduxerint.

de. 12. Dicolos tetrastrophos: vt, Scribêris Vario
rtis, & hostium. — — — UU — — UU — U —
— — — UU — — UU — U —
— — — UU — — UU — U —
— — — UU — U —

Iam Veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ:
Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt
Hyberna niue turgidi.
Nidum ponit, Itym flebiliter gemens
Infelix auis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quòd malè barbaras
Regum est vlta libidines.
Dicunt in tenero gramine, pinguium
Custodes ouium, carmina fistula:

Atræ curæ, dicuntur tristes: vel quia tenebræ nigrę sunt, quę viuis inuisæ, & tristes sũt: vel quia nigra omnia per se tristia sunt.

Luculẽta veris descriptio, cum videlicet flare incipiũt Etesię venti, & hirundines nidulari, & pastores apud gregem in herbis canere, qua inuitat Virgiliũ Myropolã, vt æstu iã appetẽte, & sitim

prouocante ad compotationem, sed ea cõditione, vt si Calenũ velit bibere vnguento redimat, se enim nõ posse id gratis ob paupertatem præbere.

Delectántque Deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxere sitim tempora, Virgili:
Sed, pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuuenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpicijs accubat horreis,
Spes donare nouas largus, amaraq3
Curarum eluere efficax.
Ad quæ si properas gaudia, cum tua
Velox merce veni, non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dimes vt in domo.
Verum pone moras, & studium lucri:
Nigrorumq3 memor, dum licet, ignium,
Misce stultitiam consilijs breuem,
Dulce est desipere in loco.

Nigri colles: quia nigra terra, frumentis est optima: Arcadia autem frumenti est feracissima.

Nigror. ign. lugubrium, & funebriũ.

Desipere. i. solutiore risu desipientes imitari: modò id alieno tempore non fiat.

IN LYCEN ANVM FACTA fastidiri a iuuenibus.

Ode. 13. Tricolos Tetrastrophos: vt, Quis

———VU——VU—U—
———VU——VU—VU
———VU——
———VU—U—

Insultat Lycæ meretrici, quam suprà barbaram ac prætractam questus erat,

AVdiuere, Lyce, dij mea vota: dij
Audiuere, Lyce: fis anus: & tamen
Vis formosa videri:
Ludisq3 & bibis impudens:

Et cum tremulo pota cupidinem
Lenum sollicitas. illo virentis, &
Doctæ psallere Chiæ
Pulchris excubat in genis.
*Importunus enim transvolat aridas
Quercus: & refugit, te quia luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis nives.
Nec Coa referunt iam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora, quæ semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies.
Quò fugit Venus? heu: quóue color decens?
Quò motus? quid habes illius, illius,
Quæ spirabat amores:
Quæ me surpuerat mihi,
Felix* post Cynaram, notaq;, & *artium
Gratarum facies? sed Cynaræ breues
Annos fata dederunt,
Seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Possent vt iuuenes visere feruidi
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.

quòd se inhumaniter excluserat, & iuuenis insolenter se gessérat erga omnes amatores, verùm iã vetula vicissim fastidiretur ab ijs, quos olim tã superbè reiecerat, dijs nimirum id agentibus, vt ad decrepitã ætatem velut in pœnam reseruaretur. *Importunus, qui nec quiescit, nec alios finit quiescre. *Post Cynaram: vel quia soli Cynaræ cedebat: vel quia Cynara mortua est. *Artium gratarum: instructa ijs omnibus, quæ aliqua allicièdi amoris arte valent.

AD AVGVSTVM, OSTENDENS, neque a senatu, neque a populo dignos illi vnquam pro meritis honores reddi posse.

Ode. 14. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

— — U — — — — U U — U U
— — U — — — U U — U —
— — U — — — U — U
— U U — U U — U — —

Cõmemorat res ab Augusto gestas velut per catologum quendam, cuius tantam esse virtutem & in rempub. beneficentiã colligit, vt neque senatum, neque populum, etsi maximè velit, & de eius salute totus pendeat, vnquam dignã laudẽ referre posse affirmet. siquidẽ eius auspicijs & consilio Drusus, Claudius Vindelicos, Brennos, & Genaunos genteis Alpinas in Romanorũ potestatem redegit: eius copijs & opibus Tiberius Rhœtos, Pannonas, Dalmatas, &

QVæ cura patrum, quæue Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in œuum
Per titulos, memoresq́; fastos
Æternet? ô, qua sol inhabitabileis
Illustrat oras, maximè principum,
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses: milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Brennosq́; veloceis, & arceis
Alpibus impositas tremendis,
Deiecit acer, plus vice simplici.
Maior Neronum mox graue prælium
Commisit, immaneisq́; Rhœtos
Auspicijs pepulit secundis,
Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas propè qualis vndas
Exercet Auster, Pleiadum choro
Scindente nubeis: impiger hostium
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis.
Sic tauriformis voluitur Aufidus:

Quæregna Dauni perfluit Appuli,
Cum sæuit, horrendamq; cultis
Diluuiem meditatur agris:
Vt Barbarorum Claudius agmina
Fusa vasto diruit impetu:
Primósque, & extremos metendo
Strauit humi sine clade victor:*
Te copias, te consilium, & tuos
Prebente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandrea supplex,
Et vacuam patefacit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio*
Belli secundos reddidit exitus:
Laudémque, & optatum peractis
Imperijs decus arrogauit.
Te Cantaber non antè domabilis,
Medusq;, & Indus: te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præsens
Italiæ, dominæq; Romæ:
Te, fontium qui celat origines
Nilumq;, & Istrum: te rapidus Tigris:
Te belluosus, qui remotis
Obstrepuit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Galliæ,
Duraq; tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compositis venerantur armis.

bonam partē Germaniæ subegit: denique eius opera Aegyptus, Cātabri, Medi, Indi, Scythæ, Britanni, Galli, Hispani, Sicambri Ro. imperio parere coacti sunt. Tauriformis, epithetum proprium est Acheloo Græciæ fluuio, a quo cæteri fluuij maximi, qui imbribus augentur, & Tauriformes, & Acheloi etiam solent appellari.

* sine clade, i. sine vlla suorum iactura. Eo die post annos, vt alij 15. vt alij 13. Drusus Rhætos, & Vindelicos vicit, quo die Augustus Alexandriam vicerat.

AVGVSTI LAVDES.

Ode. 15. Tricolos Tetrastrophos: vt, Vides, vt alta.

— — U — — — UU — U —
— — U — — — UU — U —
— — U — — — U — U
— UU — UU — U — —

PHœbus volentem prælia me loqui,
Victas & vrbeis, increpuit Lyra:
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem: tua, Cæsar, ætas
Fruges, & agris rettulit vberes,
Et signa nostro restituit Ioui,
Derepta Parthorum superbis
Postibus: & vacuum duellis
**Ianum Quirini clausit: & ordinem*
*Rectum *euaganti frœna licentiæ*
*Iniecit: * amouitq́ culpas:*
Et veteres renouauit arteis,
Per quas Latinum nomen, & Itala
Creuere vires, famaq́, & imperi
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.
Custode rerum Cæsare, non furor
*Ciuilis, aut vis * eximet otium:*
Non ira, quæ procudit enseis,
Et miseras inimicat vrbeis.
Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia non Getæ,
*Non Seres, *infidíue Persæ,*
Non Tanaim prope flumen orti,
Nósque & profestis lucibus, & sacris

Excusat se, quod cum in primis cupiat scribere gesta Augusti, ob ingenij, & stili mediocritatem non posse: illa enim maiora esse, quàm, quæ lyricis conueniãt. nã vir ille, inquit, non solùm fines Ro. imperij ampliauit, sed signa etiam a Parthis ablata restituit, pacem toti orbi peperit, saluberrimis institutis & legibus populũ ad pristinã integritatem & incorruptos mores reduxit.

*al. legunt Ianum Quirinũ: al. Fanũ Quirini.
*al. & vagãti.
*al. emouit.
*al. exiget, i. expellet.
*al. infidique.

Inter iocosi munera Liberi
Cum prole, matronisq; nostris,
Rite deos priùs apprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remisto carmine tibijs,
Troiámque, & Anchisen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

Q. HORATII FLACCI EPODON LIBER,

¶ AD MECOENATEM, EVNtem cum Augusto aduersum Antonium, & Cleopatram.

Ode. 1. Dicolos Distrophos, primus quisq; versus est Iambicus Hipponactius Trimeter Acatalecticus, constans e sex Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo:

ībis—lĭbūr∪—nīs in——tĕr āl∪—
tă nā∪—uĭ ŭm∪ ∪

Secundus quisq; est Iambicus Archilochius dimeter, Acatalecticus, cōstās quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, hon modo:

Amī ∪—cĕ prō∪—pūgnā——cŭ lă ∪∪
——∪———∪—∪—∪∪
∪—∪———∪∪

IBis Liburnis inter alta nauium, ἐπωδὴ ad Mecœnatem profecturum
Amice, propugnacula,

Paratus

cũ Augusto, a quo Liburnorum classi præfectus erat ad bellum inuale cõtra Antonium, & Cleopatram, in qua solicitus poëta de hominis salute, scribit eo absente se nunquam futurum securo animo: Itaq; malle se eum quouis sequi & periculo suo militare, vt eius præsentia fruatur, non vt faciat quæstũ, quàm domi in otio sine eo viuere.

Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mecœnas, tuo:
Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda: si contrà, grauis.
Vtrúmne iussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molleis viros?
Feremus: & te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem & Caucasum,
Vel occidentis vsque ad vltimum sinum
Forti sequemur pectore:
Roges, tuum labore quid iuuem meo,
Imbellis, ac firmus parum.
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absenteis habet.
Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet:
Magis, relictis: non, vt adsit, auxili
Latura plus præsentibus:
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ:
Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecúsue Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascua:
Nec, vt superni villa candens Tusculi
Circea tangat mœnia.
Satis, superq; me benignitas tua

Sidus feru. Caniculam significat, qua orta Calabriæ pascua torrẽtur ardore: Lucaniç verò sunt temperata.

Ditauit

Ditauit, haud paruero,
Quod aut, auarus vt Chremes, terra premam:
Discinctus aut perdam, vt nepos.

VITÆ RVSTICÆ LAVDES.

Ode, 2. Dicolos distrophos, vt: Ibis Liburnis inter.

U—U—U—U—U—U—
———U———UU

BEatus ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
*Paterna rura * bobus exercet suis,*
Solutus omni fœnore:
Neque excitatur classico miles truci:
Neque horret iratum mare:
Forumq́; vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat erranteis greges:
Inutileisq́; falce ramos amputans,
Feliciores inserit:
Aut pressa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oueis:
Vel cum decorum mitibus pomis caput
*Autumnus * aruis extulit,*
Vt gaudet insitiua decerpens pyra,
Certantem & vuam purpuræ:
Qua muneretur te, Priape, & te pater
Syluane, tutor finium.

Beatus, inquit, qui agro a patre relicto contentus ab omni ambitione abhorret liber a fœnore, bello, nauigatione, foro, & ciuium fastu.

*al. bubus.

*al. agris.

Libet

Laus a voluptate, & amœnitate, quæ æstate & hyeme capitur ruri.

Libet iacêre modò sub antiqua ilice,
Modò in tenaci gramine.*
Labuntur altis interim ripis aquæ:*
Queruntur in syluis aues:
Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus,
Somnos quod inuitet leues.
At, cùm tonantis annus Hybernus Iouis
Imbreis, niueiſq; comparat:
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obſtantes plagas:
Aut amite læui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidúmq; leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiſcitur?
Quod ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos:
Sabina qualis, aut perusta ſolibus
Pernicis vxor Appuli:
Sacrum vetuſtis extruat lignis focum
Laſſi ſub aduentum viri:
Claudens q; textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiocet vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet:

Amiantes eſt pertica qua aucupes ſuſpendunt rete ſuum.

Pauidũ, quia huius animalis maius eſt, quã pro proportiõe cor: at quibus hoc natura contigit, ea ſunt timidiſſima.

Laus ab vxoris vtilitate & probitate.

*Lambi. legit Sacrúmque vetuſtis. alij Sacrum & vetuſtis.

Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magiſue Rhombus, aut ſcari:
Si quos Eois intonata fluctibus

Eois fluctibus, mari Carpathio vbi ſcari frequentiſſimi, alibi rariùs capiuntur.

Hyems ad hoc vertat mare:
Afra auis descendat in ventrem meum:
Non Attagen Ionicus
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum:
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Malua salubres corpori:
Vel agna festis cæsa Terminalibus:
Vel hœdus ereptus lupo.
Tu inter epulas, vt iuuat pastas oues
Videre properanteis domum?
Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahenteis languido:
Positosque vernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis lareis?
Hæc vbi loquutus fœnerator Alphius
Iam iam futurus rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam:
Quærit calendis ponere.

Afra auis gallinam Africanam, seu Numidicam significat. Terminalia dies festi, qui agebantur in honorem Termini Dei, die vltimo mensis Februarij. Fingit hæc dicta esse ab Alphio fœneratore: qui tamen ad ingeniũ rediẽs, & adiuuatam sibi auaritiã, quærit rursum pecuniã suã in fœnus dare, cùm paulò antè eam recollegisset, exactã ab ijs quibus eam fœnori dederat.

Ad Mecœnatem, allium detestans.

Ode 3. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis inter.

U–U– – –U–U–U–
U–U– – – UU

O Aventis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edit cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia,
Quid hoc veneni sæuit in præcordijs?
Num viperinus his cruor

Facetè, & copiosè ludit in re ridicula, nam detestatur allium, tragicéque persequitur vt virulentius, quam

Incoctus herbis me fefellit: an malas
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omneis candidum
Medea mirata est ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iasonem:
Hoc delibutis vlta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus vnquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ:
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
At, si quid vnquam tale concupieris,
Iocose Mecœnas, precor,
Manum puella suauio opponat tuo,
Extrema & in sponda cubet.

aut cicuta, aut viperæ sanguis, aut Canidiæ veneficæ, aut Medeæ quo tauros sopiuit in Colcho, aut Nessi Centauri, quo extinctus est Hercules.
Dura, quæ ferre possint tam dirum venenum.
Pellicē Glaucam creontis filiam, quæ Iasoni nupserat se superstite.
Munus, Palla, quam Deianira misit Herculi cruore Nessi Cētauri imbutam.

IN MENAM LIBERTVM Pompeij magni.

Acerrima inuectiua in Menam Pompeij libertum transfugam sceleratissimum, & arrogantissimū nebulonem, qui tribunus militum ab Augusto factus, quanquam non semel ab eo de-

Ode. 4. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis

U–U–––U–––UU

––U–––U–

LVpis & agnis quanta sortitò obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruста fumbus latus,
Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.
Vides ne sacram metiente te viam
Cum bis ter vlnarum toga.

...vertat huc, & huc euntium
...berrima indignatio?
...flagellis hic triumuiralibus
...conis ad fastidium,
...Falerni mille fundi iugera:
...Appiam mannis terit:
...busq; magnus in primis eques
...thone contempto sedet.
...attinet tot ora nauium graui
...strata duci pondere
...ra latrones, atque seruilem manum,
...oc hoc tribuno militum?

CANIDIAM VENEFICAM.

...5. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis inter.

υ–υ– – –υ– – –υυ

– –υ– – – υυ

...Tô, deorum quicquid in cœlo regit
...Terras, & humanum genus:
...d iste fert tumultus? aut quid omnium
...ultus in vnum me truces?
...iberos te, si vocata partubus
...cina veris affuit:
...hoc inane purpuræ decus, precor:
...r improbaturum hæc Iouem,
...d, vt nouerca, me intuêris: aut vti
...tita ferro bellua?
...ac tremente questus ore, constitit
...signibus raptis puer,
...be corpus, quale posset impia

fecerat, nullũ non contemnebat præ se. Sacra via est, quę ducit ad Capitolium: sic dicta, quòd in ea fœdus inter Romulum & Tatium ictũ sit.

Othone contemp. i. lege Roscia, quam Roscio Otho sauxit: nequis in 14. ordinibus sederet, nisi eques Ro. néue quis eques esset, qui 40000. sestertiûm nõ haberet.

Verba pueri prætextati iã rapti a veneficis in secessum nescio quem, vbi ab illis erat fame necãdus, vt contabescentis ĩecore fieret amoris poculum.

Thracum crudelitas & barbaries satis nota est vel e tragœdijs.

Mollire Thracum pectora:
Canidia breuibus implicata viperis
Crineis, & incomptum caput,
Iubet sepulchris caprificos erutas,
Iubet cupressus funebreis,
Et vncta turpis oua ranæ sanguine,
Plumamq; nocturnæ strigis,
Herbasq́; quas * *& Colchos, atque Iberis*
Mittit venenorum ferax:
Et ossa ob ore rapta ieiunæ canis,
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens auernaleis aquas,
Horret capillis, vt marinus asperis
Echinus, aut * *currens aper.*
Abacta nulla Veia conscientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quò posset infossus puer
Longo die bis, térue mutatæ dapis
Inemori spectaculo:
Cum promineret ore, quantum extant aq
Suspensa mento corpora:
Exerta vti medulla, & aridum iecur
Amoris esset poculum:
Interminato cùm semel fixè cibo
Intabuissent pupulæ:
Non defuisse masculæ libidinis
Arimenensem Foliam,

*al. Lolcos, & probabilius: est enim vrbs Thessaliæ, quæ regio Venenis, & veneficis abundat. Saganæ meminit & satyr. 8. li. 11. Cursu incitatus: tũ enim setæ in dorso eriguntur.

Causa venificij.

* al. exucta, vel execta.

tiosa credidit Neapolis,
t omne vicinum oppidum:
sidera excantata voce Thessala,
iamq; cœlo deripit.
rrefectum sæua dente liuido
nidia rodens pollicem,
dixit? aut quid tacuit? ô rebus meis
Non infideles arbitræ
, & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra:
nc nunc adeste, nunc in hostileis domos
ram atque numen verite,
midolosis dum latent syluis feræ
Dulci sopore languidæ:
em, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburanæ canes,
rdo perunctum, quale, non perfectius
Meæ laborabunt manus.
id accidit? cur dira Barbaræ minus
Venena Medeæ valent,
ibus superba fugit vlta pellicem
Magni Creontis filiam,
m palla, tabo munus imbutum, nouam
cendio nuptam abstulit?
qui nec herba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locis.
ormit vnctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
, ah, solutus ambulat venificæ

Otiosa: nam amœnissimus erat secessus & studiosis præcipué frequens. Neapoli autem hæc facta innuit. nã Gratidia, quã Canidiã vocat, & cui primas tribuit, Neapolitana erat. Imprecatio in Varum senem, a quo contempta fuerat.

Subura locus Romæ est, in quo sũt mõs Cælius, & Carinæ. In Subura prostabant meretrices, quas dum noctu sectatur Varus, optat Canidia vt eum allatrent canes.

Creontis filiã Creusam vel vt alij volunt Glaucam nomine.

Scientioris carmine.
Non vsitatis, Vare, *potionibus,
(O multa fletuum caput,)
Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus.
Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum:
Priúsque cœlum sidet inferius mari,
Tellure porrecta super:
Quàm non amore sic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.
Sub hac puer, iam non, vt antè, mollibus
Lenire verbis impias:
Sed dubius vnde rumperet silentium,
Misit Thyesteas preces.
Venena, magnum fas nefasq;, non valent
Conuertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin, vbi perire iussus expirauero:
Nocturnus occurrat furor:
Petamq; vultus vmbra curuis vnguibus
Quæ vis deorum est Manium:
Et inquietis assidens præcordijs,
Pauore somnos auferam.
Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis petet
Contundet obscœnas anus.
Post insepulta membra different lupi,
Et Esquilinæ vlites.

*al. cautionibus. Marsi qui magicè peritissimi fuerunt, a Circe edocti, a cuius filio nomen habent.

Thy. execrationes & diras, quales Thyestes imprecatur in Atreum apud Tragicos.

Venena confundunt fas, & nefas: sed venenis non potest sors humanæ vitæ immutari: nec effugere possunt venefici pœnas suis maleficijs debitas.

Ab Esquilijs colle vrbis Romę dicuntur aues Esquilinæ, quæ illic volitare solent: sunt autem aut Corui, aut Vultures, quia illic proijciebantur cadauera, ad quæ illi congregantur.

oque hoc parentes, heu, mihi superstites,
Effugerit spectaculum.

¶ *In maledicum poëtam quendam.*

...6. Dicolos distrophos: Vt, Ibis Liburnis int.

υ—υ———υ———υυ
——υ———υ—

Vid immerenteis hospites vexas canis,
Ignauus aduersum lupos?
...in huc inaneis, si potes, vertis minas:
Et me remorsurum petis?
...am, qualis aut Molossus, aut fuluus Lacon,
Amica vis pastoribus,
...gam per altas aure sublata niueis,
Quacunque præcedet fera.
...cum timenda voce complesti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
...ue, caue: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua:
*...alis Lycambæ spretus infido * gener.*
Aut acer hostis Bupalo.
...n, si quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt, flebo, puer?

IN BELLVM CIVILE, GESTVM *contra Brutum & Cassium.*

...e.7. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis inter.

——υ——υυυ———υ—
——υ———υ—

Vò, quô scelesti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?

In Cassium quendam, vt nonnulli volunt, poëtam maledicum quidem illũ, sed in ignauos tantùm, & quietos: hortatur igitur eum Horatius, vt in se conuertat impetum, qui vicissim possit remordere, non secus ac Archilochus Lycamben, & Hipponax, Bupalum. Archilochus Lycamben socerum suum, quòd filiam sibi desponsam denegasset, ad suspendiũ maledicis suis versibus adegit.

Execratur belli ciuilis furo-

rẽ, quo Romani ciues crudelius inter se, quàm vllæ ferę committebantur. nã leones, & lupi sui generis belluas non laniant, vt se mutuò homines: quaquã, ait, tatis hoc potiùs imputandum sit, vt posteri dent pœnas ob parricidiũ a Romulo commissum in fratrem innocentissimum.

Intactus, i. nondum bello lacessitus. *al. feris.

Parúmne campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non, vt superbus inuidæ Carthaginis
Romanus arceis vreret:
Intactus aut Britannus vt descenderet
Sacra catenatus via:
Sed vt secundùm vota Parthorum sua
Vrbs hæc periret dextera?
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
*Vnquam, nisi in dispar * genus.*
Furórne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit:
Mentes q; perculsæ stupent.
Sic est. acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraternæ necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

IN ANVM LIBIDINOSAM

Ode. 8. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis

U—U———U———U—

——U———U—

In anum, quę cum annola esset & fœtida, mirabatur Horatium in se tam frigidum non animaduertẽs se ob portentosam deformitatem ab illo fastidiri.

ROgare longo putidam te seculo,
Vires quid eneruet meas?
Cum sit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem senectus exaret:
Hietq; turpis inter aridas nates
Podex, velut crudæ bouis.
Sed incitat me pectus, & mammæ putres
Equina quales vbera:

Venter q; mollis, & femur tumentibus
Exile suris additum.
Sic beata: funus atque imagines
Ducant triumphales tuum:
Ne sit marita, quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Quid? quod libelli Stoici inter sericos
Iacere puluillos amant?
Viterati non minùs nerui rigent?
Minùsue languet fascinum,
Quod vt superbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum est tibi?

AD MECOENATEM, DE BELLO Actiaco, quod cum Antonio, & Cleopatra à Cæsare Augusto gestum est.

Ode. 9. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis inter.

--U---U---U-
--U---UU

QVando repostum Cæcubum ad festas dapes,
Victore lætus Cæsare,
Tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo,
Beate Mecœnas, bibam,
Sonante mistum tibijs carmen Lyra,
Hac Dorium, illis barbarium?
Vt nuper, actus cum freto Neptunius
Dux fugit, vsti nauibus,
Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis.
Romanus (eheu, posteri negabitis,)

Lætus ob Cæsaris victoriã partam apud Actium Epiri promontorium, petit a Mecœnate, quando iterũ vnà commessabũtur, quẽadmodu paulò antè fecerant. cũ Sextus Pompeius, cõtracta magna seruorũ

manu Siciliã inuaserat, & mare latrocinijs infestabat, ab Augusto superatus est: nam inquit, Antonius, vt turpiter in mulierculæ gratiam nihil nõ agens, patriæ suę exitium intentabat, ita ab Augusto turpiter fugatus atque ad mortem compulsus fuit. Dux Neptu. Sex. Pompeius Magni filius, qui se Neptuni filium prædicabat.

*Conopeum velum est ad culices arcẽdos, quos Græci κώνωπας appellant. Cæcubum nauseam Coërcet, quia sensum pungit & ferit: quæ enim mordent sensum, nauseam sedant. Sol-

Emancipatus fœminæ
Fert vallum, & arma miles: & spadonibus
Seruire rugosis potest:
Interq; signatur pemilitaria
Sol aspicit Conopeum.*
Ad hunc frementeis verterunt bis mille equ
Galli canentes Cæsarem:
Hostiliumq; nauium portu latent
Puppes sinistrorsum sitæ.*
Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti ducem,
Neque Africano: cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit.
Terra, mariq; victus hostis, Punico
Lugubre mutauit sagum:
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus non suis,
Exercitatas aut petit Syrteis Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc, puer, scyphos
Et Chia vina, aut Lesbia.
Vel, quod fluentem nauseam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam, metumq; Cæsaris rerum iuuat
Dulci Lyæo soluere.*

IN MEVIVM POETAM.

Ode. 10. Dicolos distrophos: vt, Ibis Liburnis in

∪–∪–∪–∪–∪–∪∪
∪–∪––––∪∪

Mala ſoluta nauis exit alite,
Ferens olentem Meuium.
Horridis vtrumq; verberes latus,
Auſter memento fluctibus.
Niger rudentes Eurus inuerſo mari,
Fractoſq; remos differat.
Inſurgit Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementeis ilices.
Nec ſidus atra nocte amicum appareat:
Qua triſtis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore,
Quàm Graia victorum manus:
Cum Pallas vſto vertit Iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O quantus inſtat nauitis ſudor tuis,
Tibiq; pallor luteus,
Et illa non virilis eiulatio,
Prece, & auerſum ad Iouem
Imus vdo cùm remugiens ſinus,
Noto carinam ruperit.
Opima quòd ſi præda curuo littore
Porrecta mergos inueris:
Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna tempeſtatibus.

uere, allndit ad nomen Lyæi, quod ducitur a verbo λύειν, ſoluere. Imprecatur Menio poëtæ æmulo ſuo nauiganturo ſubitam tempeſtatẽ, & tale naufragiũ, quale paſsi ſunt Græci in mõte Caphareo ob vitiatam ab Aiace Olei filio Mineruæ ſacerdotem, cum a Troiæ excidione reuerterentur. Niger Eurus forſan quia tempeſtates, & fluctus excitat. Triſtis, quia nimboſus eſt, vt a Virg. dicitur. Excitat enim grauiſſimas tempeſtates in occaſu ſuo. Quòd ſi tui naufragi corpus præda mergis fuerit, immolabitur caper, &c.

AD PECTIVM, INDICANS SE amore captum non poſſe verſus ſcribere.

Ode. 11. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; verſus eſt

est Iābicus Hipponactius Trimeter Acatalect
Qualis ille: Ibis Liburnis inter, &c. hoc modo, P
ctī — — nĭhīl ∪ — mē — — sīcŭt ān ∪ — tĕa iŭuāt.
Secundus verò quisq; est Sapphicus, constans P
temimere Heroica & Dimetro Iambicó, id
duobus dactylis, & syllaba, deinde e quatuor Ia
bis, recepto tamen in locis imparibus etiam sp
deo, hoc modo:
Scrībĕrĕ — ∪∪ vērsĭcŭ — ∪∪ lōs — ămō ∪ — rĕpēr
cūlsūm — — grăuī

— — ∪ — — — ∪ — ∪ — ∪ — ∪∪

— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — ∪ — — — ∪ —

PEcti, nihil me, sicut anteà, iuuat
Scribere versiculos, Amore perculsum gra
Amore, qui me, præter omnes, expetit
Mollibus in pueris, aut in puellis vrere.
Hic tertius december, ex quo destiti
Inachia furere, syluis honorem decutit.
Heu me, per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui? conuiuiorum & pœnit
In queis amantem & languor, & silentium
Arguit, & latere petitus imo spiritus.
Contraq; lucrum, nil valere candidum
Pauperis ingenium querebar applorans tibi.
Simul calentis inuerecundus deus
Feruidior emero arcana promerat loco.
Quòd si meis inæstuet præcordijs
Libera bilis, vt hæc ingrata ventis diuidat
Fomenta, vulnus nil malum leuantia:

Inachia puellę nomen cuius & in sequenti ode meminit.

Inuerecūdus deus. Liberū intelligit, qui vt suprà, arcanum consiliū retegit, aut certè cupidinem, cuius impulsu cogebatur aperire Mecœnati affectus suos.

Quanquam constitueram

Des

Desinet imparibus certare summotus pudor.
Vbi hæc seuerus te palam laudaueram:
Iussus abire domum, ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu, mihi posteis, &, heu,
Limina dura, quibus lumbos, & infregi latus.
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia, nec contumeliæ graues:
Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri longam renodantis comam:
Ad mulierem fœdam, & anum.

Ode. 12. *Dicolos distrophos: vt, Laudabũt alij clar.*

—ʊʊ—ʊʊ— — — — —ʊʊ— —
—ʊʊ—ʊʊ—ʊʊ— —

QVid tibi vis mulier nigris dignissima barris?
Munera cur mihi, quidue tabellas
Mittis nec firmo iuueni, nec naris obesæ?
Namque sagacius vnus odoror,
Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis:
Quàm canis acer, vbi lateat sus.
Quis sudor vietis, & quàm malus vndiq; mẽbris
Crescit odor. cum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare: nec illi
Iam manet humida creta colórque
Stercore fucatus crocodili: iamq́; subando
Tenta, cubilia, tectaq́; rumpit,
Vel mea cùm sæuis agitat fastidia verbis
Inachia langues minus, ac me.

animũ obfirmare, ne Inachiam amarẽ: ego tamen ad eas ædes, quæ mihi tã inimicæ fuerant recurrebam.

In anum libidinosam & putidã, quę Horatio munera & literas solebat missitare, perinde ac ipse non sentiret, quid illa sibi vellet eiusmodi liberalitate, nimirũ vt cum esset fœdissima & ob id contemptissima, ab illo adamaretur & ad voluptates suas abuteretur.

Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad vnum
Mollis opus. pereat malè, quæ te
Lesbia quærenti taurum, monstrauit inertem,
Cum mihi Chous adesset Amyntas:
Cuius in indomito constantior inguine neruus,
Quàm noua collibus arbor inhæret:
Iteratæ, δι-βαφοὶ, bis tinctæ. *Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ,*
Cui properabantur? tibi nempe:
Ne foret æquales inter conuiua, magis quem
Diligeret mulier sua, quàm te.
lix. *O ego non* felix, quem tu fugis, vt pauet acreis*
Agna lupos, capræq; leones.

¶ *Ad amicos, vt pluuio aëre, quo aliud facere non possint, poculis indulgeant.*

Ode. 13. Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Heroicus Hexameter Catalecticus, qualis ille, Laudabant alij claram Rhodon aut Mitylenen, hoc modo:

Hōrĭdă— υυ tēmpē— —stās cōe— — lūm cōn— trāxĭt ĕt—υυ īmbrēis—

Secundus verò quisq; est Archilochius, constans Dimetro Iambico, & Pentemimere Heroica, id est, e quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, deinde e duobus Dactilis, & syllaba, hoc modo:

Nĭuēs υ—quĕ dē υ—dūcūnt— — Iŏuēm υ—nūnc mărĕ—υυ nūnc sȳlŭ—υυ æ—

—υυ— — — — — — — — υυ— —
υ—υ— — —υ— —υυ—υυ—

Horrid

HOrrida tempestas cœlum cõtraxit, & imbres
Niuesq́ deducũt Iouem. nunc mare, nũc syluæ
hrētio Aquilone sonant. rapiamus amici
Occasionem de die, dumq́ virent genua,
decet, obducta soluatur fronte senectus.
Tu vina Torquato moue Consule pressa meo.
tera mitte loqui. deus hæc fortasse benigna
Reducet in sedem vice: nunc & Achæmenia
rfundi nardo iuuat. & fide Cyllenea
Leuare diris pectora solicitudinibus,
bilis vt grandi cecinit Centaurus alumno,
Inuicte mortalis dea nate puer Thetide,
manet Assaraci tellus: quam frigida parui
Findũt Scamãdri flumina, lubricus & Simois:
de tibi reditum certò sub temine Parcæ
Rupere: nec mater domum cærula te reuehet.
omne malum vino, cantuq́ leuato
Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquijs.

d Mecœnatem. Ideo cœptos Iambos non absoluere, quia Phrynes amore vreretur.

.14. Dicolos Distrophos. Primus quisq́ verest, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon aut itylenen.

ollĭs in— υυ ērtĭă—υυcūr tān— — tām dīf— —
ĕrĭt—υυ īmīs— —

dus autem quisq́ est Iambicus Archilochius
eter Acatalecticus, qualis ille, Amice propu-
ula, hoc modo: ōblī— —uĭōυ—nēm sēn— sĭbĭis

Ad amicos, ne nimiùm se curis macerent, dum adhuc sunt iuuenes, sed per occasionem nonnunquã animum remittant, ex Chironis Centauri sententia, qui Achillem discipulum monebat, vt apud Troiam, vbi periturus erat, vino & fidibus se exhilararet. Fide Cylle. i. Lyra a Mercurio inuẽta. Sub temen filũ est, quod stamini subtexitur: vel quod subit stamine.

—UU—UU———UU—
——U———UU

Purgat se apud Mecœnatem, quòd promissum carmen non absoluerit, amore nimirũ prohibente. neque id sine exemplo: nã & Anacreontem amasse, & Mecœnatẽ ipsum vri ait, sed a puella Helena non inferiori.

MOllis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus,
Pocula Lethæos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Mecœnas, occidis sæpe rogando.
Deus, deus nam me vetat,
Inceptos, olim promissum carmen, Iambos
Ad vmbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arsisse Batillo
Anacreonta Teium:
Qui persæpe cana testudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipse miser. Quòd si non pulchrior igniu
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tua. me libertina, neque vno
Contenta Phrynæ macerat.

AD NEÆRAM, CONQVERI periurijs illius se deceptum.

Ode. 15. Dicolos Distrophos: vt, præcedens.

Conqueritur se deceptum periurijs Neæræ, quibus se obstrinxerat semper cum ipso victurã: horrendum autem facere vult hac descriptione iusiurandum.

—UU———UU—
——U—U—UU

NOx erat, & cœlo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera:
Cum tu magnorum numen læsura deorum
In verba iurabas mea,
Arctius, atque edera procera astringitur ilex
Lentis adhærens brachijs:

Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion
Turbaret hybernum mare:
Intonsosq; agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
Odolitura mea multum virtute Neara.
Nam, si quid in Flacco viri est,
Non feret assiduas potiori te dare nocteis,
Et quæret iratus parem.
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor.
At tu, quicunque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo:
Sis pecore, & multa diues tellure licebit,
Tibiq; Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati:
Formaq; vincas Nerea:
Eheu, translatos aliò mœrebis amores:
At ego vicissim risero.

Intōsos, nam ob id a Græcis ἀκερσεκόμης dictus, quod comam non tondeat.

Quamlibet diues sis & doctus & formosus, spretus ab illa tamen rideberis, sicut nunc ego.

QVERITVR BELLIS CIVILIBVS nullum imponi finem.

Ode. 16. Dicolos Distrophos. Primus quisq; versus est Heroicus Hexameter, hoc modo:
Ĭltĕrā – ∪∪ īām tĕrĭ – ∪∪ tūr bel – – lis cī – –
Ūsĭlĭbŭs – ∪∪ ætās – –

Secundus verò quisque est Iambicus Hippopacteus Trimeter. Qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium. Quanquam in hac oda secundus quisque versus constat e solis Iambis, quod semel tantum legitur fecisse Horatius; Quā ob rem, versus

ille. Eamus omnes execrata ciuitas, sic est legendus. Eamus omnis execrata ciuitas. Quod & Porphirioni placet, vt sit figurata loquutio: Eamus omnis ciuitas execrata hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulceis. Sunt enim omnes Iam hoc modo:

Sŭīs υ – ĕt ī υ – psá Rō υ – mă v ī υ – rĭbūs υ – rŭĭt

– υυ – υυ – – – – – – υυ – –

υ – υ – υ – υ – υ – υυ

Tanta est, inquit, Romanorum potētia vt sese nō ferant, sed in mutuam perniciem ferantur, vt videri possit fato quodā fieri, vt subinde nouo atque nouo bello ciuili Roma peritura sit, quæ ne a socijs quidem & vicinis potuit vnquam euerti, neque ab externis hostibus: quare consulit, vt exemplum Phocęorum sequantur, qui communi sensu patriam reliquerūt, diris execrationi-

ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma viribus ruit:
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouísque rebus infidelis Allobrox:
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibusq́ abominatus Annibal:
Impia perdemus deuoti sanguinis ætas:
Ferisq́ rursus occupabitur solum.
Barbarus, heu, cineres insistet victor, & vrbem
Eques sonante verberabit vngula.
Queq́ carent ventis, & solibus, ossa Quirini,
Nefas videre, dissipabit insolens.
Fortè, quid expediat, communiter, aut melior pa
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
Agros, atque lareis proprios, habitandaq́ fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:

Ir

bus se deuo-
uentes, si vu-
quam quis-
quam rediret
in patriam,
quod illis fe-
liciter succes-
sit. Itaque ad
fortiter au-
dendum hor-
tatur: & na-
uigandum ad
felicem ali-
quam regio-
nem, cuius-
modi esse fe-
runt fortunatas insulas,
vbi omnia
ἄσπαρτα
& ἀνήροτα
nascuntur,
planeque sine
vllo labore
& cultura
proueniunt:
& quidem fe-
licissimè, vbi
nihil potest
desiderari ad
beatam vitã,
quemadmo-
dũ olim au-
reo sæculo,
cuius tantũm
in illis vestigia relicta
sunt.

in pedes quocunque ferunt: quocunq; per undas
Notus vocabit, aut proternus Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadere? secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hæc: simul imis saxa renarint
Vadis leuata, nec redire sit nefas:
Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
Iumare seu celsus procurrerit Apennimus,
Nouaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet vt tigreis subsidere cernis:
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec flauos timeant armenta leones:
Amétque falsa læuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulcis,
Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocilis melior grege, mollis, & expes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum:
Etrusca prater & volate litora.
Nos manet Oceanus circumuagus: arua, beata
Petamus arua, diuites & insulas:
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis:
Et imputata floret vsque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes olivæ:
Suamq; pulla ficus ornat arborem:
Mella cauis manant ex ilice: montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Illis iniussæ veniunt ad mulctra capellæ:

Refertq; tenta grex amicus vbera:
Nec vespertinus circum gemit vrsus ouile:
Nec intumescit alta viperis humus:
Pluraq; felices mirabimur, vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus,
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis:
Vtrumque rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus:
Neque impudica Colchis intulit pedem:
Non huc Sidonij torserunt cornua nautæ,
Laboriosa nec cohors Vlyssëi.
Nulla nocent pecori contagia: nullius astri
Gregem æstuosa torret impotentia.
Iupiter illa pia secreuit littora genti,
Vt inquinauit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro durauit sæcula: quorum
Pijs secunda vate me datur fuga.

¶ *Rogat Canidiam Magam, vt sibi parcat.*

Ode. 17. Monocolos. Sunt enim omnes versus Iambici Hipponactei Trimetri Acatalectici, qualis ille: Ibis Liburnis inter alta nauium.

— — ∪ — — ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — — — ∪ —

Iterum Canidiam insectatur, sed ironicè orat per omnia sacra magica, vt iam sibi parcat, velle enim illi libēter cedere,

Iam iam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Per & Diana non mouenda numina,
Per atque libros carminum valentium
Refixa cœlo deuocare sidera,
Canidia parce vocibus tandem sacris:

Citum

Cumq; retro solue, *solue turbinem.*
Monit Nepotem Telephus Nereium:
Inquem superbus ordinarat agmina
Mysorum: & in quem tela acuta torserat.
Vxêre matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem:
Postquam relictis mœnibus rex procidit,
Heu, pernicaceis ad pedes Achillei,
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Vlyssei,
Volente Circe, membra: tunc mens, & sonus
Relapsus, atque notus in vultus honor.
Dedi satis, supérque Pœnarum tibi,
Amata nautis multùm, & mistitoribus.
Fugit luuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus est odoribus:
Nullum a labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neque est
Leuare tenta spiritu præcordia.
Ergo negatum vincor, vt credam miser,
Sabella pectus increpare carmina:
Caputq; Marsa dissilire Nænia.
Quid amplius vis? ô mare, & terra, ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore: nec Sicana feruida
Vrens in Ætna flamma. tu, donec cinis
Iniurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.

& victum fateri, modò non grauetur ipsa veneficium, quo eũ dementauerat, a se auferre: se iam nimium expertum quid illa carmine suo possit, iã satis pœnarũ dedisse: proinde parcat supplici vel Achillis exẽplo, qui Telephum hostem seruauit, & Hectorem Priamo patri reddidit, & Circes, quæ Vlissis socios pristinæ formæ restituit.

*Lambi affirmat legendũ volue, volue: & est fortasse ea potior lectio.

Vincor. i. cogor credere, quod negaueram, Canidiæ Sabellas cãtiones vim habere ad perturbãdos animos, &c.

Quam mihi irrogare pœnam velis.

Quæ finis? aut quod me manet stipendium?
Effare: iussas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, seu poposceris
Centum iuuencos: siue mendaci lyræ
Voles sonari, tu pudica, tu proba:
Perambulabis astra sidus aureum.

Infam. Meritò, inquit, mihi deberes reconciliari, si recantem, cum Castor & Pollux Stesichoro poëtæ reddiderint oculos scripta palinodia in Helenam, quam prius infamauerat.

Infamis Helenæ Castor offensus vice,
Fraterq́, magni Castoris, victi prece
Adempta vati reddire lumina.
Et tu (potes nam) solue me dementia:
O nec paternis obsoleta sordibus,
Nec in sepulchris pauperum prudens anus
Nouendialeis dissipare pulueres.
Tibi hospitale pectus, & puræ manus:
Tuúsque venter partumeius: & tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,

Venter partumeus est, qui partum edere & solet, & potest.

Vtcunque fortis exilis puerpera.

CANIDIA RESPONDENS inducitur eodem carmine.

Negat se Canidia vllis precibus posse reconciliari Horatio, quod arcana quædã sacra, & magica fidei suæ commissa euulgauerit, quòd eam per totã ciuitatem, vt venefică traduxerit: verùm haud

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hybernus salo.
Inultus vt turiseris Cotyttia *al. Cocytia*
Vulgata, sacrum liberã Cupidinis?
Et Esquilini pontifex venefici
Impune vt vrbem nomine implexis meo?
Quid proderit ditasse Peliganas anus,
Velociúsue miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?

Ingra

Ingrata misero vita ducenda est in hoc,
Nonis vt vsque suppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus semper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
Voles modò altis desilire turribus,
Modò ense pectus Norico recludere:
Frustrà vincla gutturi innectes tuo,
Fastidiosa tristis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques:
Meæ terra cedet insolentiæ.
An qua mouere cereas imagines,
(Vt ipse nostri curiosus) & polo
Deripere lunam vocibus possim meis:
Possum crematos excitare mortuos,
Desiderio temperare poculum:
*Plorem artis in te * nil habentis exitum?*

quaquam illi impunè futurum ait, quippe qui lenta morte sit periturus, & ab ea excarnificandus, ita vt si vel maximè velit, non possit sibi ipsi mortem consciscere.

*al. aut habentis exitus, alij: nil agentis exitum: Lamb. nullũ habentis exitum: &, Prorem artis, interpretatur, gratia artis in te nullum habentis exitum. &c.

Q. HORATII FLACCI CARMEN SÆCVLARE, ad Deos pro imperio Romano.

Ode, Dicolos tetrastrophos: vt, Iã satis terris niu.

–∪–––∪∪–∪–∪
–∪–––∪∪–∪––
–∪–––∪∪–∪–∪
––∪∪––

Carmen hoc sæculare appellatur, quòd sæcularibus ludis, qui centesimo quoque anno fiebant, cani consueuerit ab electis ad hoc pueris prætextatis, & puellis virginibus, idque Apollini & dijs cæteris pro incolumitate populi Romani & salute totius imperij. Erat autē hoc institutum ex verbis Sibyllæ cuiusdam, quæ quoto quoque anno & quibus cerimonijs, & in quo loco fierēt, præscripserat. Precatur ergo Apollinem, vt vrbi Romæ nihil sit maius neque excellentius: Dianam, vt partus fortunet: Parcas, vt quæ instant fatis in melius

PHœbe, syluarumq; potens Diana,
Lucidum cœli decus, ò colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur
Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerósque castos
Dijs, quibus septem placuêre colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas: alius q;, & idem
Nasceris: possis nihil vrbe Roma
Visere maius.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.
Diua, producas sobolem, patrumq;
Prosperes decreta super iugandis
Fœmmis, prolisq; nouæ feraci
Lege marita:
Certus * vt denos decies per annos
Orbis, * & cantus, referat q; ludos
Ter die claro, totiesq; grata
Nocte frequentes.
Vósque veraces cecinisse Parcæ
Quod semel dictum est, stabilisq; rerum
Terminus seruat, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum, pecorisq; tellus

...ea donet Cererem corona:
...riant fœtus & aquæ salubres,
Et Iouis auræ.
...ito mitis, placidusq́ telo
...ces audi pueros Apollo:
...um regina bicornis audi
Luna puellas.
...si vestrum est opus: Iliæq́
...Etruscum tenuêre turmæ,
...pars mutare lareis, & vrbem
Sospite cursu.
...per ardentem sine fraude Troiam
...tus Æneas patriæ superstes,
...erum muniuit iter, daturus
Plura relictis:
...probos mores docili iuuentæ,
...senectuti placidam quietem,
...ulæ genti date, remq́, prolém-
que, & decus omne.
...q́ vos bobus veneratur albis
...us Anchisæ, Venerisq́ sanguis.
...eret bellante prior, iacentem
Lenis in hostem.
...mari, terraq́ manus potenteis
...dus, Albanasq́ timet secureis:
...Scythæ responsa petunt, superbi
Nuper, & Indi:
...fides, & pax, & honor, pudorq́
...scus, & neglecta redire virtus

vertant & in summa deos cæteros, vt iuuẽtuti bonos mores, sensibus quietem, & felicitatem Pop. Rom. donẽt: vt semper quidem victor sit, verùm in supplices mitis, quí iam maxima orbis parte subiugata Scythis ipsis, & Persis, Indisque formidabilis est, adeò vt eius amicitiam illæ gẽtes ambiant: postremò hymnum absoluit commendatis Apollini & Dianę præcibus, quas a dijs exauditas sperat.
*al. vndenus.
*al. vt.

Audet: apparétque beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusq; nouem Camœnis,
Qui salutari leuat arte fessos
Corporis artus:
Si Palatinas videt æquus arceis,
Remq; Romanam, Latiumq; felix:
Alterum in lustrum, meliusq; semper
Proroget æuum.
Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces virorum
Curet: & votis puerorum amicas
Applicet aureis.
Hæc Iouem sentire, deosq; cunctos,
Spem bonam, certamq; domum reporto
Doctus, & Phœbi choros, & Diana
Dicere laudes.

Quindecim virûm collegio ludorum sæcularium cura mandabatur.

FINIS.

ICOLAI PER-
OTTI SIPVNTINI PRÆ-
SVLIS LIBELLVS, DE
metris Odarum Horatianarum.

ICOLAVS PEROTTVS
Cœlio Perotto fratri charissimo.

S. P. D.

EX omnibus immortalis dei erga me beneficijs, duo sunt, quibus maxime gloriari soleo: vnum, quod Bessarionem mihi principem, alterum, quod te fratrem præstiterit. Nam si mihi data esset ...ltas omnia pro arbitrio meo eligendi, quid ...tare, ne dicam sperare, amplius potuissem? ...enim a principe incipiam: nactus sum pium, ...ficum, humanum, liberalem, inaudita æqui... summa iustitia, singulari fide, diuina sapien... adeò præterea omni genere studiorum erudi... vt mihi interdum de eo cogitanti, non tam v... homo literatus, quàm literæ ipsæ, omnesq; bo... ...tes in vno homine esse videantur. Nulla res ...m difficilis, tam abolita, quam ex huius ani... veluti quodam thesauro, nõ liceat expromere,

quàm

quàm peritus eſt diuinarum literarum? qu
ctus & ciuilis, & pontificij iuris? Quid eſt
philoſophia abſtruſum, atque reconditum
huic non ſit penitus familiare? quis in Mu
ticis excellentior? quantum exemplorum,
hiſtoriæ, quantum antiquitatis tenet? Nam
eius cum Græcè loquitur, planè Atticus eſt
ſcribit Latinè, muſæ ipſæ Romanè loqui v
Orationem ipſius Platonicam putes, crebra
ſidua, copioſa, & hybernis niuibus ſimilis. Iu
bus tantum lepôris, dulcedinis, ſuauitatis
vt nihil diuinius ſit, nihil cœleſtius. Quide
mata, quæ nuper in Gemiſtum Platonicum
poſuit, quæq; ſubitò cum latina reddidiſti
reddere probatiſſimā illā antiquitatem vi
Diſputationes eius ſubtiles, ornatæ, grauis,
cile quemlibet quò velit impellat, & trah
ex tempore loquitur, quaſi iampridem ſcr
videntur ad manum omnes ſenſus inſtruct
præterea humanitate erga omneis expoſitu
qui dignitate ſummum locum tenet, facilit
rum penè infimus videatur. Liberalitatem
infinitè ex Latinis, tum maximè hoc tem
liciſſimi Græciæ populi experiuntur, qui
expulſi ſedibus, ad hunc, veluti vnicum re
confluunt. Adde, quòd me adeò amanter, b
clementer amplexus eſt, vt octauum iam
non ſolum domi, ſed intra ſecretiora cubicu
ram caſiſſimi corporis ſui tenuerit, temat

quantum gratia & autoritate valuerim, in
quorum, atque amicorum honoribus exper-
sim. Qua nostra familia, qui pater, qui nos o-
, qua nostra fortunæ essent, nisi princeps no-
set? Nota hæc omnibus sunt, quicquid su-
rincipis nostri sumus beneficio, humanitate,
tia: huic vni bona, fortunas, ipsam denique
em debemus. Meritò itaque me puto immor-
beneficium a deo consecutum, quod talem na-
sum principem, quem nisi summa integritate,
observantia colam, venerer, adorem, scelera-
scinorosus, nefarius sim, e conspectu hominum
ndus, ejiciendus, exterminandus. De te verò
ater, quid loquar? an mihi secundo loco eue-
aliquid dulcius poterat? quã te talem habere
rum? qui mihi, vt aspectu ac liniamẽtis cor-
, ita & moribus, & natura similis euaderes:
dẽ quibus ipse studijs deditus a me erudire-
cereris, instruereris: quem ego veluti magi-
quandam meis manibus formarem atque con-
rem. De cuius indole tantam animo spem con-
, vt non mediocre decus allaturum te familiæ
e, nisi te nobis fata inuiderint, existimem. At
sam hæc de me inquies (nam de pnincipe no-
n miror, quem vbique laudare, extollere,
care, satiari nõ potes). Nempe quia tuis quo-
audibus satiari non possum, optime & suauis-
frater: ita me ingeniũ tuum, ita studium, it
s delectant, præsertim in hoc lubrico ætatis, in

quo

quo multi adolescentes periclitari solent. Q
me nuper voluptate affectum putas, cum me
sti, vt vna epistola omnia genera metrorum
apud Horatium Flaccum reperiuntur, b
comprehenderem, & vnde Lyrici Poetæ d
rint, ad te scriberem. Ex his enim intelligo,
tentum te Heroicis atq; elegiacis versibus,
teri nostra ætate adolescentes, sed ad cæter
metrorũ genera aspirare. Quod & optim
tui, & exactissimæ in studijs diligẽtiæ testi
est. Ego verò vt honestissimo desiderio tuo
geram, & vt instar liberalissimi hominis p
am, quàm à me quæratur, præstem: hac tibi
omnia metrorum genera, quibus non solum
tius, verùm etiam Boetius vsus, breuiter
bo. Si tamen prius, quid Lyricorum vetus
men sibi velit, ostendero. Dicti igitur Ly
a lyra, quoniam veteres huiusmodi carmi
ptores, ad lyram poëmata sua canere cons
hi apud Græcos quidem octo feruntur. Al
quo Alcmanium metrum dictum est: Ste
a quo Stesichorium: Alcæus, a quo Alcai
cius, a quo Ibicium: Anacreon, a quo An
tium: Simonides, a quo Simonidium: Pi
quo Pindaricum: Bachillides, a quo Bac
horum, vt Quintilianus inquit, longe P
princeps spiritus magnificentia, figuris, v
rerum & verborũ copia, velut quodam
tia flumine, propter quod Horatius m

...nemini imitabilem. Additur suprà dictis ...quam magistram fuisse Platonis nonnulli ...à qua Sapphicum metrum appellatum est. ...orum numerus, nouem Musarum nume... ...plet, quarũ innocationibus cantus suos or... ...tur. Apud Latinos verò tres præcipui me... ...tur Lyrici: Horatius, Cæsius Bassus, & Va... ...Martialis. Inter hos palmam obtinet Ho... ...Solus fere, vt idem Quintilianus inquit, le... ...nus, nam & insurgit aliquando, & plenus est ...ditatis & gratiæ, & varijs figuris fœlicissimè ...ax. Secundus, Valerius Martialis, quem intel... ...se Quintilianum arbitror, cum ait: Si quem ...ere Horatio velis, erit Cæsius Bassus, quem ...r vidimus. Sed eum longè præcedunt ingenia ...ntium. Martialem quippe Quintiliani ætate ...se, manifestum est, ac Cæsij Bassi vix hac tem... ...ate superest nomen. Vsus autem est Horatius ...libro, qui Ode inscribitur, vndeuiginti me... ...um generibus.

...RIMVM EST GENVS Monocolon... ...urq; Choriambicum Asclepiadeũ Tetrame... ...cõstans spondæo, duobus Choriambis, & pyr... ...io, sic enim scanditur: Mecœnas atauis, edite ...bus. Scripsit hoc metro duntaxat tres odas,

...cœnas atauis, edite regibus.

...gi monimentum ære perennius.

...arem pataras grataq; commodis.

...ECVNDVM GENVS, est dicolon te...

tiastro-

trastrophon. Primi tres versus sunt dactylici tametri Sapphici: constant enim trochaeo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis, hoc modo: Iam satis terris niuis, atque dirae. Quartus Adonius constans dactylico, dimetro, catalectico, hoc est dactylo, & spondeo, siue trochaeo, hoc modo: Terrem bem. Scripsit hoc metro sex & viginti odas.

Iam satis terris niuis, atque dirae.
Mercuri facunde nepos Atlantis.
Quem virum, aut heroa lyra, vel acri.
Vile potabis modicis Sabinum.
Integer vitae, scelerisq; purus.
Parcius iunctas quatiunt fenestras.
O Venus regina Gnidi, Paphiq;.
Poscimus, si quid vacui sub vmbra.
Persicos odi puer apparatus.
Nullus argento color est auaris.
Ne sit ancillae tibi amor pudori.
Septimi Gades aditure mecum, &.
Vlla si iuris tibi perierati.
Rectius, vines Licini, neque altum.
Otium diuos rogat in patenti.
Martijs caelebs quid agam calendis.
Mercuri, nam te docilis magistro.
Herculis ritu modò dictus, ô plebs.
Faune Nympharum fugientum amator.
Non vides quanto moneas periclo.
Montium custos nemorumq; virgo.
Impios Parrae recinentis omen.

Pin

...rum quisquis studet æmulari.
...quem proles Niobæa magnæ.
...mihi nouum superantis annum.
...e, syluarúmque potens Diana.
...ERTIVM, Dicolon distrophon. Primus ...sus est, Choriambicus Glyconius, trimeter, con... spondeo, choriambo, & pyrrhichio, hoc modo: ...te, diua potens Cypri. Sequens est Asclepia... ...us, hoc modo: Sic fratres Helenæ, lucida syde... ...Scripsit hoc metro odas duodecim.
...te, diua potens Cypri.
...m tu Lydia Telephi.
Mater sæua cupidinum.
...thure, & fidibus iuuat.
Donec gratus eram tibi.
...xor pauperis Ibici.
Quantum distat ab Inacho.
...actis opulentior.
Quo me Bacche rapis tui.
...sto quid potius die.
...termissa Venus diu.
Quem tu Melpomene semel.
QVARTVM, Dicolon distrophon. Primus ...rsus est dactylicus Archilochius tetrameter, ...nstans tetrametro bucolico, & tribus trocheis, ...: Soluitur acris hyems grata vice veris, & Fa... ...ni. Sequens item Archilochius, constans ex ...ethemimeri Iambica, & tribus trochæis, hoc ...do: Trahúntque siccas machinæ carinas.

M

Scripsit hoc metro duntaxat hanc oden. Sol
acris hyems, &c.

QVINTVM, Tricolon tetrastrophon.
mi duo versus sunt Asclepiadei, hoc modo: Q
multa gracilis te puer in rosa. Tertius Pher
tius, constans spondeo, dactylo, & spõdeo, hoc
Grato, Pyrrha, sub antro. Quartus Glycon
quo suprà dictum est, hoc modo: Cui flauam t
comam. Scripsit hoc metro septem odas.

Quis multa gracilis te puer in rosa.
O nauis, referent in mare te noui.
Dianam tenerae dicite virgines.
Vitas hinuleo me similis Chloe.
Quid fles, Asterie, quem tibi candidi.
O fons Blandusiae splendidior vitro.
Audiuere, Lyce, dij mea vota: dij.

SEXTVM, Dicolon Distrophon, Tru
mi versus sunt Asclepiadei, hoc modo: Scri
Vario fortis, & hostium. Quartus est Glyc
hoc modo: Miles te duce gesserit. Scribit hoc
tro odas. 9. Scriberis vario fortis, & hostium.

Pastor quum traheret per freta nauibus.
Quis desiderio sit pudor, aut modus.
Albi, ne doleas plus nimio memor.
Nolis longa ferae bella Numantiae.
Extremum Tanaim si biberis, Lyce.
Inclusam Danaën turris ahenea.
Diuis orte bonis, optime Romula.
Iam veris comites, quae mare temperant.

SEP

SEPTIMVM, Dicolon distrophon. Pri-
mus versus est heroicus, hoc modo: Laudabunt alij
claram Rhodon, aut Mitylenen. Secundus est da-
ctylicus Alcmanius tetrameter acatalecticus,
quatuor enim pedes heroici habet, siue dactylos o-
mnes, siue spondeos, siue mixtos, frequentissimè ta-
men in tertio pede dactylum, hoc modo: Aut Ephe-
sion, bimarisue Corinthi. Scribit autem hoc me-
tro quatuor odas.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.
Albis vt obscuro detergit nubila cœlo.
Te maris, & terræ, numeróque carentis arenæ.
Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

OCTAVVM, Dicolon Distrophon. Pri-
mus versus est choriambicus monometer Aristo-
phanius, cõstant choriãbo & amphibraco, siue bac-
chio, hoc modo: Lydia dic, per omneis. Sequens est
choriãbicus trimeter Sapphicus, constans epitrito
secundo, duobus choriambis, & amphibracho, siue
bacchio, hoc modo: Te deos oro, Sibarim cur prope-
res amando. Scribit hoc metro dũtaxat hãc oden:
Lydia dic, per omneis
Te deos oro, Sibarim cur properes amando.

NONVM, Tricolon tetrastrophon. Primi duo
versus sunt dactylici Alcaici trimetri catalectici.
Constant enim pẽthemimeri Iambica, et duobus da-
ctylis, hoc modo: Vides, vt alta stet niue candidum.
Tertius, est Iãbicus Archilochius dimeter hyper-
catalecticus. Siquidẽ in primo pede recipit iambũ,

vel spondeum, in quarto Iambum vel Pyrrhi
deinde supereſt ſyllaba, hoc modo: Sylvæ labor
tes, gelúque. Quartus verſus eſt dactylicus
manius tetrameter, de quo paulò ante dixi
recipitque in tertio pedè frequentiſſimè troche
hoc modò: Flumina, conſtiterint acuto.
Scribit hoc metro ſeptem & triginta odas.
Vides, vt alta ſtet nive candidum.
O matre pulchra filia pulchrior.
Velox amœnum ſæpe Lucretilem.
Muſis amicus, triſtitiam, & metus.
Natis in vſum lætitiæ ſcyphis.
Icci, beatis nunc Arabum inuides.
Quid delicatum poſſit Apollinem.
Parcus deorum cultor, & infrequens.
O diua, gratum quæ regis Antium.
Nunc eſt bibendum, nunc pede libero.
Motum ex Metello conſule ciuicum.
Æquam memento rebus in arduis.
Nondum ſubacta ferre iugum valet.
O ſæpe mecum tempus in vltimum.
Non ſemper imbres nubibus hiſpidos.
Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes.
Ille & nefaſto te poſuit die.
Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume.
Iam pauco aratro iugera regiæ.
Cur me querelis exanimas tuis.
Bacchum in remotis carmina rupibus.
Non vſitata, nec tenui ferar.

profanum vulgus, & arceo.
...stam, amici, pauperiem pati.
...m, & tenacem proposíti virum.
...ende cœlo, & dic, age, tibia.
...tonantem credidimus Iouem.
...ta maiorum immeritus lues.
...vetusto nobilis ab Lamo.
...a mecum consule Manlio.
...is supimas si tuleris manus.
...puellis nuper idoneus.
...rrhena regum progenies, tibi.
...alem ministrum fulminis alitem.
...serie credas interitura, quæ.
...cura patrum, quæue Quiritium.
...ebus volentem prælia me loqui.

DECIMVM Monocolon. Versus est Choriambicus Pentameter Alcaicus, constans uideo, tribus choriambis, & pyrrhichio, hoc modo: Tune quæsieris scire, nefas, quem mihi, quem tibi. Scribit hoc metro tres odas.

Tune quæsieris scire, nefas, quem mihi, quem tibi.
Nullam, Vare, sacra vite prius seueris arborem.
O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.

VNDECIMVM, dicolon distrophon. Primus versus est dimeter Iãbicus Archilochius catalecticus, constat enim amphimacro, qui meum facit, ex duobus Iambis, sine altero spondeo, hoc modo: Non ebur, neque aureum. Sequens trimeter Iambicus Hipponactius catalecticus. Ha-

bet enim quinque Iambos & syllabam, recipi
men imparibus sedibus etiam spondeum, hoc m
Mea renidet in domo lacunar. Scribit hoc m
duntaxat hanc oden.

Non ebur, neque aureum.

DVODECIMVM, Monocolon, u
sus est Ionicus a minori trimeter Sapphicus
talecticus, hoc est, tribus Ionicis a minori cons
hoc modo: Miserarum est neque amori dar
dum. Scribit hoc metro tantùm hanc oden.

Miserarum est neque amori, &c.

TERTIVMDECIMVM, Dico
strophon. Primus versus est heroicus, hoc m
Diffugere niues, redeunt iam gramina campi
quens est dactilicus Archilochius dimeter ca
lecticus, hoc est, constans duobus dactylis, & sy
hoc modo: Arboribúsque coma. Scribit hoc m
hanc oden.

Diffugere niues: &c.

QVARTVM DECIMVM, D
distrophon. Primus versus est Iambicus Hip
lectius trimeter acatalecticus, constans sex Ia
recipiénsque etiam spondeum imparibus sed
hoc modo: Ibis Liburnis inter alta nauium,
quens est Iambicus Archilochius dimeter a
lecticus, constans quatuor Iambis, admixt
rim imparibus sedibus spondeo, hoc modo: A
propugnacula. Scripsit hoc metro odas decem
Ibis Liburnis inter alta nauium,

Beatus ille, qui procul negotijs.
Parentis olim si quis impia manu.
Lupis, & agnis quanta sortitò obtigit.
Ad deorum quidquid in cœlo regit.
Quid immerentes hospites vexas canis.
Quò, quò scelesti ruitis? aut cur dexteris.
Ingrate longo putidam te seculo.
Quando repostum Cæcubum ad festas dapes.
Mala soluta nauis exit alite.

QVINTVM DECIMVM, Dicolon, dystrophon. Primus versus est Iambicus Hipponactius trimeter acatalecticus, de quo paulo antè diximus, hoc modo: Pecti, nihil me, sicut antea iuuat. Secundus est Sapphicus, constans pentemimere heroica, & dimetro iambico, hoc modo: Scribere versiculos, amore perculsum graui. Scribit hoc metro duntaxat hanc oden.

Pecti, nihil me sicut antea, iuuat.

SEXTVM DECIMVM, Dicolon dystrophon. Primus versus est Heroicus, hoc modo: Horrida tempestas cœlum contraxit: & imbres. Sequens est Archilochius, constans dimetro Iambico acatalecticò, & penthemimere heroica, hoc modo: Niuésque deducunt Iouem. Nunc mare, nunc siluæ.

Scribit hoc metro tantum hanc oden.

Horrida tempestas, &c.

DECIMVM SEPTIMVM, Dicolon dystrophon. Primus versus est heroicus, hoc modo:

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis. Secundus Iambicus Archilochius dimeter acatalectus, de quo suprà dictum est, hoc modo: Oblinem sensibus. Scribit hoc metro duas odas.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.
Nox erat, & cœlo fulgebat luna sereno.

DVODEVIGESIMVM, Dicolon distrophon. Primus versus est heroicus, hoc modo: Altera iam teritur bellis civilibus aetas. Alter iambicus Hipponactius trimeter acatalectus, de quo suprà dictum est, hoc modo: Sua ipsa Roma viribus ruit. Scribit hoc metro oden duntaxat.

Altera iam teritur bellis, &c.

VNDEVIGESIMVM, Monocolon. Versus est iambicus Hipponactius trimeter acatalectus, qualis superior, hoc modo: Iam iam efficaci do manus scientiæ. Hanc tantummodo hoc carmine scribit.

Iam iam efficaci: & reliqua.

FINIS.

QVINTI HORATII FLACCI EPISTOlarum liber primus.

AD MECOENATEM.

Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.
Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem est ætas, non
Mens Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.
Est, mihi purgatam crebrò qui personet aurem:
Solue senescentem maturè sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque & versus, & cætera ludicra pono:
Quid verũ, atq; decẽs, curo, & rogo: & oĩs ĩ hoc sũ.
Condo, & compono, quæ mox depromere possim.
Ac, ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

Postulat Veianij gladiatoris exemplo consentaneam ætati functionem. Liberati gladiatores rude donabantur.

Qui artem aliquam desinebant, eius instrumenta, eiusdem artis presidi deo sacrabant.

Quod vitæ institutum sequi velit.

Academicorum propriũ fuit nullis vnius discipl inæ legibus astringi.

*al.mersor, quod aptiùs vndis conuenit.

Nunc agilis fio, & versor ciuilibus vndis,
Virtutis veræ custos, rigidusq; satelles:
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
*al.subiungere.
Et mihi res, non me rebus * submittere conor.
Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesq;
Longa videtur opus debentibus: vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Quanto desiderio percipiendæ philosophiæ teneatur.
Sic mihi tarda fluunt, ingrataq; tempora, quæ spem
Consiliumq; morantur agendi gnauiter id, quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè,
Æquè neglectum pueris, senibúsque nocebit.
Restat, vt his ego me ipse regã, solerq; elementis
*al.oculos. Prodesse & mediocrem philosophiæ cognitionẽ.
Non possis * oculo quantum contendere Lynceus:
Non tamen idcirco contemnas lippius inungi:
Nec, quæ desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est * quædam prodire tenus, si non datur vltra.
Feruet auaritia, miseráque cupidine pectus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ
Philosophiæ vis in animi morbis.
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Principium virtutis vitiorum fuga.
Stultitia caruisse: vides, quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpémque repulsam
Quanto deuites animi, capitisq; labore.

Impi-

Impiger extremos curris mercator ad indos,
Perque pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
Ridentur ea, quæ stultè miraris & optas,
Dicere, & audire, & meliori credere non vis.
Quis circum pagos, & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos. Hæc Ianus summus ab imo
Prædocet, hæc recinunt iuuenes dictata, senésque
Læuo suspensi loculos, tabulámque lacerto.
Si quadringentis sex, septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidésque:
Plebs eris. At pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si recte facies. hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nenia, quæ regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curijs, & decantata Camillis?
Quæ tibi melius suadet, qui vt rem facias, rem
Si possis recte: si non, quocúnque modo rem:
Vt propius spectes lachrymosa Poëmata Puppi?
An, qui fortunæ te responsare superbæ
Incipiam, & erectum præsens hortatur, & optat?
Quòd si me populus Romanus forte roget, cur
Non, vt porticibus, sic iudicijs fruar iisdem,
Nec sequar, ac fugiam, quæ diligit ipse, vel odit:
Olim, quod vulpes ægroto cauta leoni

Si ea quæ per se mala non sunt tam anxiè fugimus, quanto magis ea quæ sunt.

Verba mercatorum qui virtuti diuitias præponunt.

Laudatior probitas ex puerorum cantilena, quàm Roscij superba ambitio.

Respondet,

Respondit, referam: quia me vestigia terrent,
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorũ es capitũ, nã quid sequar, aut quo
Pars hominum gestit conducere publica. sunt qui
In auaros & captatores.
Fructis, & pomis viduas venentur auaras,
Excipiántque senes, quos in vivaria mittant.
Multis occulto crescit res fœnore. verùm
Inconstantia humani ingenij.
Esto aliis alios rebus, studijsq; teneri:
Idem eadem possuntne horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœnis,
Si dixit dives: lacus, & mare sentit amorem
Festinantis heri, cui si vitiosa libido
Fecerat auspicium, cras ferramenta Teanum
Tolletis fabri, lectus genialis in aula est:
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.
Si non est: iurat bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Et priuato & pauperi est lenitas & mutabilitas.
Quid pauper? ride, mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores, conducto nauigio æquè
Nauseat, ac locuples, quem ducit priua triremis.
Si curtatus inæqualiter tonsore capillos
Occurri: rides. si fortè subucula pexæ
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar:
Rides. quid, mea cum pugnat sententia secum?
Quod petijt, spernit: repetit, quod nuper omisit.
Æstuat, & vitæ disconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Solennia vitia non animaduerti.
Insanire putas solennia me, neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere

Aratore dati: rerum tutela mearum
Cum sis, & prauè sectum stomacheris ob vnguem
Ditè pendentis, te respicientis amici.
Ad summam sapiens vno minor est Ioue, dines, Paradoxon Stoicum de sapiente.
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
Precipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

AD LOLLIVM. 2.

TRoiani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi: Homeri poesim philosophiæ arcana complecti.
Qui, quid sit pulchrũ, quid turpe: quid vtile, quid nõ:
Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, quâ Paridis propter narratur amorem. Quid tota Iliade contineatur in summa.
Græcia Barbariæ lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum continet æstus.
Antenor censet belli præcidere causam.
Quid Paris? vt saluus regnet, viuátque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Peliden festinat, & inter Atreiden.
Hunc amor, ira quidem communiter vrit vtrũq;,
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, & ira
Iliacos intra muros peccatur, & extra. Odissea Vlyssem viri sapientis exemplar proponit.
Rursus, quid virtus, & quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem,
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus vrbeis,
Et mores hominum inspexit, latumq; per æquor
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, admersis rerum immersabilis vndis,

Serenum

Sirenum voces, & Circes pocula nostri:
Indulgere vo Inptatibus — Quæ si cum sociis stultus cupidúsque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
*Alias cessantium. — Ad strepitum citharæ * cessatum ducere curam.
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:
Locus a contrario, si in re mala vigilatur, quanto magis in honesta vigilandum? — Vt teipsum serues, non expergiscere? sat qui,
Si voles sanus, curres hydropicus, & ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum studijs, & rebus honestis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere, nam cur,
Quæ lædunt oculos, festinas demere, si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude,
Non procrastinandum vt melior fias. — Incipe, viuendi qui recte prorogat horam.
Rusticus expectat, dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.
Quæritur argentum, puerisq; beata creandis
Non plura quærenda, quam opus. — Vxor, & incultæ pacantur vomere syluæ.
Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius optet.
Non domus, & fundus, non æris acerui, & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic domus, aut

Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas cytharæ collecta sorde dolenteis.
Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.
Spernæ voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Semper auarus eget; certum voto pete finem.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis,
Inuidia Siculi non inuenêre Tyranni
Maius tormentum: qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor, quod suaserit, & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat, hunc frœnis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam, quam monstrat eques. Venaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula.
Militat in syluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu: quòd si cessas, aut strenuus ante is,
Nec tardum operior, nec præcedentibus insto.

Vt fruatur voluptate aliquis necesse est malis affectibus careat.

Optimis quibusque a teneris alluescendum.

Ad Iulium Florum. 3.

Vli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire laboro,
Thracáne vos, Hebrusq; niuali compede vinctus,
An freta vicinas inter currentia turreis,
An pingues Asiæ campi, collesque morantur?
Quid studiosa cohors operũ struit? hæc quoq; curo
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis, & paces longum diffudit in æuum?

Iulium auaritiæ latententer accusat hac epistola.

Quid

Sirenum voces, & Circes pocula nostri:
Indulgere vo Inptatibus
Quæ si cum sociis stultus, cupidúsque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.
Nos numerus sumus, & fruges consumere n
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
*Alias cessan tum.
Ad strepitum citharæ* cessatum ducere cur
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latr
Vt teipsum serues, non expergiscere? atqui,
Locus a contrario, si in re mala vigilatur, quanto magis in honesta vigilandum?
Si vales sanus, curres hydropicus, & ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum studijs, & rebus honestis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere, nam cur,
Quæ lædunt oculos, festinas demere, si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere a
Non procrastinandum vt melior fias.
Incipe, viuendi qui recte prorogat horam.
Rusticus expectat, dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.
Quæritur argentum, puerisq; beata creandis
Non plura quærenda, quam opus.
Vxor, & incultæ pacantur vomere syluæ.
Quod satis est, cui contigit, hic nihil amplius o
Non domus, & fundus, non æris aceruus, &
Ægroto domini deduxit corpore febreis,
Non animo curas. valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, iunat illũ sic domus, au

Vt fruatur voluptate aliquis necesse est malis affectibus careat.

Prodigum picta tabula, fomenta podagram,
Auriculas cytharæ collecta sorde dolenteis.
Sanarum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.
Solue voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Semper auarus eget; certum voto pete finem.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis,
Inuidia Siculi non inuenêre Tyranni
Maius tormentum: qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor, quod suaserit, & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat, hunc frœnis, hunc tu compesce catena.
Dimitte equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam, quam monstrat eques. Venaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula.
Militat in syluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu: quòd si cessas, aut strenuus ante is,
Interdum operior, nec præcedentibus insto.

Optimis quibusque a teneris alluescendum.

Ad Iulium Florum. 3.

Iulium auaritiæ latenter accusat hac epistola.

Vli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti primignus, scire laboro,
Thracáne vos, Hebrusq; niuali compede vinctus,
An freta vicinas inter currentia turreis,
Aut pingues Asiæ campi, collesque morantur?
Quid studiosa cohors operum struit? hæc quoq; curo
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis, & paces longum diffudit in ævum?

Quid

Titius poëta Pindari interpres.

Quid Titius, Romana breui venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus, & riuos ausus apertos:
Vt valet? vt meminit nostri? fidibúsne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa?
An Tragica desæuit, & ampullatur in arte?
Quid mihi Celsus agit? monitus, multũq; monit
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet

Celsus plagiarius.

Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.
Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus. Ipse quid audes?

Laudatur ab ingenio & eruditione Florus.

Quæ circumuolitas agilis thyma? non tibi parum
Ingenium est, non incultum, nec turpiter hirtum
Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condis amabile carmen:
Prima feres ederæ victricis præmia. Quòd si

Hortatur vt animum ab immodicis curis abstrahat.

Frigida curarum fomenta relinquere posset:
Quò te cœlestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studiũ parui properemus, & a
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.
Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ,
Quantæ conueniat, Mumatius, an male ferta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur? at v
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat,
Indomita ceruiue feros: vbicunque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus,
Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenta
¶ Ad Albium Tibullum elegorum scriptorem

Cassi Parm. qui præter cætera tragœdias etiã scripsit.

Innuit Alb. Tibullum Epicureum fuisse: qui amuneribus publicis remotus in locis a mœnis vinebat.

Absoluta felicitas.

*al. vtque.

Revocat Albium ad faciliorem vitam.

A Lbinoustrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Cassi* Parmensis opuscula vincat?
Anxietum syluas inter reptare salubreis,
Curantem quicquid dignum sapiente, bonóque est?
Vnctu corpus eras sine pectore, dij tibi formam:
Dij tibi diuitias dederunt, artémque fruendi.
Quid voueat dulcis nutricula maius alumno,
Quam sapere, & fari, vt possit, quæ sentiat, * & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena?
Inter spem, curámque, timores inter & iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superueniet, quæ non sperabitur hora.
Si bene pinguem, & nitidum bene curata cute vises,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Ad Torquatum. 5.

Si potes archaïcis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella:
Supremo te sole domi, Torquate, manebo.
Vna bibes iterum Tauro diffusa, palustreis
Inter Minturnas, Sinuessanúmque Petrinum.
Si melius quid habes, * accerse, vel imperium fer:
Nudum splendet focus, & tibi munda supellex.
Mitte leues spes, & certamina diuitiarum,
Et Moschi causam. cras nato Cæsare festus
Dat veniam, somnúmque dies: impunè licebit
Æstiuam sermone benigno tendere noctem.
Quæ mihi fortunas si non conceditur vti?

ἀρχαϊκοῖς: i. antiquis, & antiquo more fabricatis.

Tauro diffusa: vina non admodum vetusta, sed diluta.

*al. arcesse.

Inuitat ad hilariorem vitam Torquatum.

Parcus ob hæredis curam, nimiúmque seueru
Assidet insano, potare, & spergere flores
Incipiam, patiárque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit
Spes: iubet esse ratas: in prælia trudit inermē
Solicitis animis onus eximit: addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecêre disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Inuitus: ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget narreis: ne non & cantharus, & lanx
Ostendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet: vt coëat par,
*Iungatúrque pari: Brutum tibi * Septicium*
Et nisi cœna prior, potiórque puella Sabinum
Detinet, assumam locus est & pluribus umbris
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ
Tu quotus esse velis, rescribe: & rebus omissis
Atria seruantem postico falle clientem.

Ebrietatem laudat, vt a sordida vita abducat.

Non appeto luxum in cōuiuio, sed munditiam. Ostendat, id est, splendeat instar speculi tuam imaginē tibi ostendētis.

*al. Septimiúmque. Vmbris pro conuiuis & Græcis in prouerbio est.

Ad Numicium. 6.

Nil admirari, propères est vna, Numici,
Soláque, quæ possit facere, & seruare beatum.
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent, quid censes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditātis, & illa
*Ludicra quid, plausus, & amici * dona Quiritis*
Quo spectanda modo, quo sensu credis, & ore?
Qui timet, his aduersa ferè miratur eodem

Sapiens nihil commouebitur rebus terrenis, sed nec cœlestibus quidem.

* Honores, qui a populo Romano deferebatur.

uo cupiens, pacto: pauor est vtrique molestus:
promissa simul species exterret vtrunque.
audeat, an doleat, cupiat, metuátue: quid ad rẽ?
, quicquid vidit melius, peiúsue sua spe,
Defixus oculis, animóque, & corpore torpet?
sani sapiens nomen ferat, æquus iniqui:
tirà, quàm satis est, virtutem si petat ipsam.
Huc, argẽtũ, & marmor vetus, æraq, & arteis
spice: cum gemmis Tyrios mirare colores:
aude quòd spectant oculi te mille loquentem:
uum mane forum, & vespertinus pete tectum:
e plus frumenti dotalibus emetat agris
Mucius: indignum, quòd sit peioribus ortus:
e tibi sit potiùs, quàm tu mirabilis illi.
Quicquid sub terra est, in apricũ proferet ætas:
efodiet, condétque nitentia. Cùm bene notum
rticius Agrippæ, & via te conspexerit Appî,
e tamen restat, Numa quò deuênit, & Ancus.
i latus, aut renes morbo tentantur acuto,
uere fugam morbi, vis recte viuere? quis non?
virtus hoc vna potest dare: fortis amissis
oc age delicijs, virtutem verba putas, vt
ucum ligna? caue ne portus occupet alter:
e Sibyratica, ne Bithyna negotia perdas.
ille talenta rotundentur: totidem altera: porro?
ertia succedant, & quæ pars quadret aceruum.
icet vxorem, cum dote, fidémque, & amicos,
genus, & formam regina pecunia donat,
e bene nummatum decorat Suadela, Venusque.

*al. vtrobiq;. Animi perturbatio, tam ob mali metum, quàm boni cupiditatem.

Si virtus non suprà, quàm satis est expetẽda, quãto minùs diuitiæ?

Nil diuturnum præter vnicam virtutem.

Virtus non verbis constat ut lucus lignis, sed numinis religione.

Regina pecunia. quia rebus humanis dominatur. vt Sat. 3. li. 2.

Mancipijs locuples eget æris Cappadocum re
Ne fueris hic tu, chlamydes Lucullus, vt aiunt,
Si posset centum scenæ præbere rogatus,
Qui poßũ tot? ait: tamẽ & quærã, & quot habe
Mittam, pòst paulo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum: partem, vel tolleret omne
Exilis domus est, vbi non & multa supersunt,
Et dominum fallunt, & prosunt furibus. ergo
Si res sola potest facere & seruare beatum:
Hoc primum repetas opus, hoc postremus omitta
Si fortunatum species, & gratia præstat:
Mercemur seruum, qui dictet nomina: læuum*
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextra
Porrigere. hic multum in Fabia valet, ille Veli
Cuilibet hic fasceis dabit, eripietque curule,
Cui volet importunus ebur, frater, pater adde:
Vt cuique est ætas, ita quemque facetus adopta
Si benè qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus,
Quò ducit gula: piscemur, venemur: vt olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, seruos
Differtum transire forum, populúmque iubebat
Vnus vt e multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum. crudi, tumidiq́, lauemur,
Quid deceat, quid non, obliti: Cerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si (Mimnermus vti censet) sine amore, iocisq
Nil est iucundum: viuas in amore iocísque,
Viue, vale: si quid nouisti rectius istis,

Taxat superuacaneas diuitias.

Si citra virtutem constet fœlicitas, age, amplectatur, qui volet.

*Seruos nomenclatores Romani magistratuum cãdidati habebant, qui illos admonerẽt, quo quisque ciuis nomine appellaretur: atque hoc est, quod hic innuit poëta.

Si in voluptate ponimus summum bonum, iam palam insaniuimus.

Cerite cera. is tali tabula, qualis erat ea, qua

Candi

candidus imperti: si non, his vtere mecum.

Cerites ignominia afficiebantur: suffragiorum iure priuati.

Ad Mecœnatem. 7.

Quoque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. atqui
Si me viuere vis sanum, rectéque valentem:
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mæcenas, veniam: dum sicus prima calórque
Designatorem decorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater, & matercula pallet:
Officiosáque sedulitas, & opella forensis
Adducit febreis & testamenta resignat.
Quòd si bruma niues Albanis illinet agris:
Ad mare descendet vates tuus, & sibi parcet,
Contracturque leget: te, dulcis amice, reuiset
Cum Zephyris (si concedes) & hirundine prima.
Nec, quo more piris vesci Calaber iubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. vescere sodes.
Non satis est. at tu quantumuis tolle. benignè.
Non inuisa feres pueris munuscula paruis.
Tam teneor dono, quàm si dimittar onustus.
Vilibet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
Prodigus, & stultus donat, quæ spernit, & odit.
Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis.
Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratum:
Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.
Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.
Quòd si me nolles vsquam discedere: reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos:
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &

Tempus anni describit, quo multi morbis correpti moriuntur.

Intempestiua liberalitas ingrata est.

Boni viri esse de bonis bene mereri, salua tamen libertate.

Quid dist. quid interfit inter bonos, & malos nũmos.

Inter viua fugam Cynaræ mœrere poterue.

Indicat apologo se libertatem beneficijs nolle vendere.

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cameram frumenti: pastáque rursus
Ire foras pleno tentabat corpore frustra.
Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc
Macra cauum repetes arctum, quæ macra fuisti.
Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno:
Nec somnum plebis laudo satur altilium, nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto.
Sæpe verecundum laudasti: rexque, paterque
Audisti coram, nec verbo parcius absens:
Inspice, si possum donata reponere lætus.

Ait Telemachi exemplo sibi non conuenire vitam militarem. Patiens, exprimit Homerica epitheta, ταλασίφρων, & πολύτλας.

Haud malè Telemachus proles patientis Vlixi:
Non est aptus equis Ithacæ locus, vt neque plani
Porrectus spacijs, nec multæ prodigus herbæ:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam,
Paruum parua decent: mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

Lepida fabula innuit honestum otiũ assiduitio so negotio præponendum.

Strenuus, & fortis, causisque Philippus agendis
Clarus, ab officijs octauam circiter horam
Dum redit: atque foro nimium distare Carinas
Iam grandis natu queritur: conspexit, vt aiunt,
**Adrasum quendam vacua tonsoris in vmbra*
*Cultello *proprios purgantem leniter vngues,*
Demetri (puer hic non tacuè iussa Philippi
Accipiebat) abi: quære, & refer, vnde domo sit,
Cuius fortunæ, quo sit patre, quóue patrono.
It, redit: & narrat, Vulteium nomine Menam,
*Præconem, tenui censu, sine crimine *notum,*

*al. Arrasum: alij Abrasum. *al. proprio. *al. natum.

...perare loco, & cessare, & quærere, & vti,
...tem paruísque sodalibus, & lare certo,
...ludis, & post decisa negotia, campo.
...libet ex ipso, quodcunque refers: dic*
...cœnam veniat, non sanè credere Mena:
...ri secum tacitus. quid multa? benignè
...det, Negat ille mihi? Negat improbus, & te
...git, aut horret. Vulteium mane Philippus
...vendentem tunicato scruta popello
...pat, & saluere iubet prior. ille Philippo
...sare laborem, & mercenaria vincla,
...nd non mane domum venisset: deniq; quod non
...uidisset eum. Sic ignouisse putato
...tibi, si cœnas hodie mecum. Vt libet. Ergo
...nonam venies: nunc î: rem strenuus auge.
...ventũ ad cœnã est, dicenda, tacenda loquutus,
...dem dormitum dimittitur. hic vbi sæpe
...ultum visus decurrere piscis ad hamum,
...nè cliens, & iam certũ conuiua: iubetur
...ra suburbana indictis comes ire Latinis.
...positus mannis, aruum, cœlúmque Sabinum
...cessat laudare. videt, ridétque Philippus:
...sibi dum requiem, dum risus vndique quærit,
...m septem donat sestertia: mutua septem
...omittit: persuadet vti mercetur agellum.
...Mercatur, ne te longis ambagibus vltrà,
...am satis est morer, ex nitido fit rusticus: atque
...lcos, & vineta crepat mera: præparat vlmos:
...moritur studijs, & amore senescit habendi.

Vti quæsitis: quod auari non faciunt.
*al. quæcunque.
*alij existimant benignè seorsim legendum.
Vtcunque autem legatur, dici solet ab eo, qui cum gratia quicquam recuset.
Tunicatus popellus, vrbana plebs fuit, quæ & forensis turba dicitur, & sententia ciuitatis Romanæ.
*al. Prouidisset, Lambi. prouisisset.
Hoc est, postquam splendidis conuiuijs inescatus sit.
Indictis Latinis, hoc est, quibus aliquid agi prohibeatur, vt vtpote ferijs: quas etiam ideo verisimile est indictas appellari, quia a Consule indicebantur, & imperabantur.

Verùm vbi oues furto, morbo periere capellæ,
Spem mentita seges, bos est enectus arando:
Offensus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratúsque Philippi tendit ad ædes.
Quem simul aspexit scabrũ, intonsumq; Philippus
Durus, ait, Vultei nimis, attentúsque videris
Esse mihi. Pol, me miserum, Patrone, vocares,
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen.
Quod te per geniũ, dextrámq; deósque Penates,
Obsecro, & obtestor, vita me redde priori.
Qui simul aspexit, quantum dimissa petitis*
Præstent: maturè redeat, repetátque relicta.
Metiri se quemq; suo modulo, ac pede, verum est.

Suę cuique vocationi, vt vocant, seruiendum.
*al. ponere.
*al. temel.

Ad Celsum Albinouanum. 8.

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer, comiti, scribæq; Neronis.
Si quaret, quid agã: dic multa, & pulchra minanti
Viuere nec recte, nec suauiter: haud quia grando
Contuderit vites, oleámque momorderit æstus:
Nec, quia longinquis armentũ ægrotet in aruis:
Sed, quia mẽte minùs validus, quàm corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis: irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno:
Quæ nocuere sequar: fugiam, quæ profore, credat
Romæ Tibur amem ventosus: Tibure Romam.
Post hæc, vt valeat: quo pacto rem gerat, & se:
Vt placeat iuueni, percontare vtque cohorti,*
Si dicet, rectè: primùm gaudere: subinde

Expressit Græcorum τὸ εὖ πράττειν. Inconstantiam & animi morbũ in Celso taxat sub persona sua.
*al. agris. Lambi.

Quasi dicat: Si in rebus lætis non efferaris, facilè eris omnibus gratus.
*al. atque: sed minùs rectè, vt Lambi. videtur.

Præcep-

Præceptum auriculis hoc instillare memento,
Tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

Ad Claudium Neronem. 9.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit vnus,
Quanti me facias, nã* cùm rogat, & prece cogit,
Licet vt tibi se laudare, & tradere coner,
Dignum mente, domóq; legentis honesta Neronis:
Vincere cum fungi propioris censet amici,
Quid possim videt, ac nouit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
Iustimui, mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriæ, mihi commodus vni.
Sic ego maioris fugiéns opprobria culpæ,
Frontis ad vrbanæ descendi præmia. quòd si
Depositum laudas ob amici iussa pudorem:
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonúmq;.

Huius meminit & illic. Septimi Gades aditure mecum, quẽ hic Claudio Augusti priuigno, commendat. *al. me.

Quanto pudore amicum commendet, vtpote coactus necessitate.

Ad Fuscum Aristium. 10.

VRbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores: hac in re scilicet vna
Multùm dissimiles, ad cætera penè gemelli.
Fraternis animis quicquid negat alter, & alter:
Annuimus pariter, vetuli, notique columbi.
Tu nidum seruas: ego laudo ruris amœni
Riuos, & muscо circumlita saxa, nemúsque.
Quid quæris? viuo, & regno: simul ista reliqui,
Quæ vos ad cœlum effertis rumore secundo:
Vtq; sacerdotis fugitiuus, liba recuso:
Pane egeo iam mellitis potiore placentis.
Viuere naturæ si conuenienter oportet,

Varietas in genere vitæ, etiam inter eiusdem studij homines. Libertas cum paupertate iucundior splendida seruitute. Polemonis, & veterum Academicorum sententia: finem bonorũ esse secũdùm naturam viuere.

Ponendæque domo quærenda est area primùm,
Nouisti ne locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis,
Cum semel accepit solem furibundus acutum?
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm, quæ p pronũ trepidat cũ murmure riuus?
Nempe inter varias nutritur sylua columnas:
Laudatúrque domus, longos quæ prospicit agros,
Naturam expellas furca, tamen vsque recurret,
Et mala perrumpet furtim fastigia victrix.
Non, qui Sidonio contendere callidus Ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propriúsue medullis,
Quàm, qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectauere secundæ,
Mutatæ quatient: si quid mirabere, pones
Inuitus. fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.
Ceruus equum pugna melior cõmunibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Imploranit opes hominis, frenúmque recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste:
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Seruiet æternùm, qui paruo nesciat vti.

Vitæ rusticanæ laus & cõmoditas maior, quàm vrbanę.

*al depellat. Inuida cura, quæ hominibus animi tranquillitatem, & somnum liberum inuidet.

Et in ciuitate syluas imitamur, victi impulsu naturę.

Certa est calamitas, maiora affectare, quàm, quibus bene uti possis.

Apologi interpretatio.

*alij nesciet, legunt: alij cement legendum, nescijt

C

Cui non conueniet sua res, vt calceus olim,
Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret.
Latus sorte tua viues, sapienter Aristi:
Nec me dimittes incastigatum, vbi plura
Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.
Imperat, aut seruit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potiùs, quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,
Excepto, quòd non simul esses, cætera lætus.

Simile a pede in laudē sententiam.

Vacuna dea apud Sabinos, quā Varro victoriam, alij aliam putauerunt.

Ad Bullatium. II.

QVid tibi visa Chios, Bullati, notáque Lesbos?
Quid cōcinna Samos? q̄d Crœsi regia Sardis?
Smyrna quid, et Colophō? maiora minoráne famæ?
Cunctáne præ campo, & Tiberino flumine sordēt?
An venit in votum Attalicis ex vrbibus vna?
An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis, Lebedus quàm sit Gabijs desertior, atque
Fidenis* vicis: tamen illic viuere vellem:
Oblitúsque meorum, obliuiscendus & illis,
Neptunum procul e terra spectare furentem.
Sed neq; qui Capua Romam petit imbre, lutoq́;
Aspersus, volet in caupona viuere: nec, qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præstantia vitam:
Nec si te validus iactauerit Auster in alto,
Idcirco nauem trans Ægæum mare vendas.
Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit, q̄
Penula solstitio, campestre niualibus auris,
Per brumam Tiberis, sextili mense caminus.

Taxat quæstus cupiditatem in Bullatio, cuius gratia nusquam non currebat.

*al. vicus, vt Lambi. & Stephan.

Ait, illum nō animi causâ peregrinari, sed lucri.

Nihil prodesse ciuitatum amœnitatem ad beatam vitam.

Dum

Dum per fortunam licet Roma frui, ibi mane, licet placeat tibi Samos, &c.

Dum licet, & vultum ſeruat fortuna benignum
Roma laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſit.
Tu, quamcunque deus tibi fortunauerit horam
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Vt, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio, & prudentia curas,
Non locus effuſi latè maris arbiter aufert,
Cœlum, non animũ mutant, qui trans mare currũt.
Strenua nos exercet inertia. nauibus, atque
Quadrigis petimus benè viuere quod petis, hic eſt.
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

Vbiuis rectè viuitur, ſi animi perturbationibus careamus.

Vlubræ vicus obſcuriſſimus, vbi educatus eſt Auguſtus.

Ad Iccium. 12.

FRuctibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si rectè frueris: non eſt, vt copia maior
Ab Ioue donari poſſit tibi: tolle querelas.
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.
Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibúſque tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Si fortè in medio poſitorum abſtemius herbis
Viuis, & vrtica: ſic viues protinus, vt te
Confeſtim liquidus fortunæ riuus mauret:
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit:
Vel quia cuncta putas vna virtute minora.
Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaq; dũ peregre eſt animus ſine corpore velox?
Cùm tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri,
Nil paruum ſapias: & adhuc ſublimia cures?
Quæ mare compeſcãt cauſæ: quid temperet annum:
Stella ſponte ſua, iuſſæne vagentur, & errent:

Iccio Agrippæ procuratorem fortunatum dicit, ſi fortuna ſua bene vtatur.

Si ita parcè viuas, facilè futurum, vt ditiſſimus euadas.

Tuo exemplo nihil mirum ſi Democritus agrũ ob philoſophiæ ſtudium neglexerit.

Q

Quid premat obscurũ lunæ, quid proferat orbem:
Quid velit, & possit rerum concordia discors?
Empedocles, an Stertinij deliret acumen?
Verum seu pisces, seu porrum, & cæpe trucidas,
Vtere Pompeio Grospho, &, si quid petet, vltrò
Defer. Nil Grosphus, nisi verũ, orabit, & æquum.
Vlis amicorum est annona, bonis vbi quid deest.
Ne tamen ignores quo sit Romana locores:
Cantaber, Agrippæ: Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit. Ius imperiumq́ue Phraates
Cæsaris accepit genibus minor: aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Stertinius Stoicus, qui latinè aduersus Empedoclem scripsit. Non magno constant amici, cùm viris bonis aliquid deest. Virorũ bonorum, cũ inopia premantur, amicitia nõ magno emitur. Vel: paruo succurritur bonis viris, qui paruo sunt contenti.

Ad Vinnium Asellum. 13.

VT proficiscentem docui te sæpe, diúque,
Augusto reddes signata volumina, Vinni:
Si validus, si lætus erit, si denique poscet:
Ne studio nostri pecces, odiumq́ue libellis
Sedulus importes opera vehemente minister.
Si te fortè meæ grauis vret sarcina chartæ,
Abijcito potiùs, quàm quò perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas: Asinæq́ue paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.
Viribus vteris per cliuos flumina, lamas.
Victor propositi simul ac perueneris illuc,
Sic positum seruabis onus, ne fortè sub ala
Fasciculum portes librorum, vt rusticus agnum:
Vt vinosa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis:
Ne vulgo narres te sudauisse ferendo

Quàm oportune, & prudẽter munus offerendum.

Asinęque pater, quia Vinnius Fronto patrem habuit cognomine Asinã.

Conui. tribulis, qui soleas & pileum sub alis ferat, cũ domum redit ebrius.

Carmina,

Carmina, quæ possunt oculos, aureisque morari
Cæsaris. oratus multa prece nitere porro.
Vade, vale, caue ne titubes, mandatáque frangas.

Ad Villicum suum. 14.

Qui quinque senatores aluerit, qui Barię, Sabinorum loco præessent.

VIllice syluarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastidis, habitatũ quinque focis, &
Quinque bonos solitam, Bariam dimittere patres
Certemus, spinas animo ne ego fortius, an tu
Euellas agro: & melior sit Horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moratur
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter: tamen istuc mens, animúsque
Fert, & amat spatijs obstantia rumpere claustra.
Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe, beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio, sors.
Stultus vterq; locũ immeritum causatur iniquum.
In culpa est animus, qui se non effugit vnquam.
Mediastyn, vrbis cultor, quæ Græcis ἀστυ vocatur: alij legunt, & rectius, mediastinus, vt de seruo, tanquã in medio posito intelligatur.
Tu mediastynus tacita prece rura petebas:
Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.
Me constare mihi scis, & discedere tristem,
Quandocunque trahunt inuisa negotia Romam.
Non eadem mirамur: eò dissonuenit inter
Meq́, & te. nam quæ deserta, & inhospita tesqua
Quare tantopere detestetur villicus vitam rusticam.
Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit,
Quæ tu pulchra vocas. fornix tibi, et vncta popina
Incutiunt vrbis desiderium, video: & quod
Angulus, hoc est, quod nullum hic nascatur vinum.
Angulus iste ferat piper, & thus ocyus vua:
Nec vicina, subest vinum prebere taberna
Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cuius

Ad strepitũm salias terræ grauis: & tamen vrges
Quam pridem non tacta ligonibus arua: bouémque
Defunctum curas, & strictis frondibus exples.
Addit opus pigro riuus, si decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age quid nostrum concentũ diuidat, audi,
Quem tenues decuêre togæ, nitidíque capilli:
Quem scis immunem Cynaræ placuisse rapaci:
Quem bibulum liquidi media de luce falerni:
Cuius breuis iuuat, et prope riuũ somnus in herba.
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.
Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsúsque venenat:
Rodent vicini glebas, & saxa mouentem.
Cum seruis vrbana diaria rodere mauis:
Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vsum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit vterque, libens, censebo, exerceat artẽ.

*al. Deuinctũ.

Alia ætate alios mores sibi curæ esse.

Mauis in ciuitate esurire, quàm rure splendide viuere.

Nemo est sua sorte contentus.

Ad Vallam. 15.

QVæ sit hyems Veliæ, quod cœlũ Valla Salerni:
Quorum hominum regio, & qualis via:
(nam mihi Baias
Musa superuacuas Antonius: & tamen illis
Me facit inuisum, gelida cum perluor vnda
Per medium frigus. Sanè Myrteta relinqui,
Dictáque cessantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput, & stomachũ supponere fontibus audẽt

Consulit Vallam de salubritate regionis Lucaniæ.

Myrteta, quas hodie vulgus thermas vocat.

Clusinis,

Cluſinis: Gabióſque petunt, & frigida rura.
*Mutandus locus eſt, & *diuorſoria nota*
Præteragendus equus. quò tendis? nõ mihi Cumæ
Eſt inter, aut Baias, laua ſtomachoſus habena
Dicet eques. Sed equi frenato eſt auris in ore)
Maior vtrum populum frumenti copia paſcat,
Collectóſne bibant imbreis, puteóſue perennem
Iugis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quiduis perferre, patique.
Ad mare cum veni, generoſum, & lene requiro
Quod curas abigat: quod cum ſpe diuite manet
In venas, animumq́ meum: quod verba miniſtret
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus vter plureis lepores, vter educet apros
Vtra magis piſceis, & echinos æquora calent,
Pinguis vt inde domũ poſſim, Phæáxque reuerti
Scribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt.
Menius, vt rebus maternis, atque paternis
Fortiter abſumptis, vrbanus cœpit haberi,
Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret:
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus:
Pernicies, & tempeſtas, barathrúmque macelli,
Quicquid quæſierat, ventri donabat auaro.
Hic vbi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paulum abſtulerat, patinas cœnabat omaſo,
Vilis & agnini, tribus vrſis quod ſatis eſſet.
Scilicet vt ventres lamna candente nepotum
Diceret vrendos correctus. Menius idem
Quicqu

*al. deuerſoria.

Allegoria, quæ innuit, nos magis voluptatem quærere, quã ſalubritatem loci.

Phæ. ex Homero, qui Phęaces nitidos & lautos facit.

Aliſ codices hic ſecant epiſtolam.

Alienas menſas ſectans, nunc hanc, nunc illam.

Menius qui pantalabus dictus ob inſignem rapacitatem.

ca. ur vili.

...quid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
...erat in fumum, & cinerem: non hercule miror,
...bat, si qui comedunt bona, cum sit obeso
...melius turdo: nil vulua pulchrius ampla.
...rum hic ego sum. nã tuta, & paruula laudo,
...res deficiunt: satis inter vilia fortis.
...m, vbi quid melius cõtingit, & vnctius, idem,
...sapere, & solos aio bene viuere, quorum
...spicitur nitidis fundana pecunia villis.

Mœnij sentẽtia cum esuriret.

Fabulam in se transfert poëta & interpretatur.

Ad Quinctium. 16.

NE perconcteris, fundus meus, optime Quincti,
Aruo pascat herũ, an baccis opulentet oliua:
...misne, & pratis, an amicta vitibus vlmo:
...ibetur tibi forma loquaciter, & situs agri.
...tinui montes, nisi dissocietur opaca
...lle: sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol;
...um discedens curru fugiente vaporet.
...mperiem laudes. quid si rubicunda benignè*
...rua vepres, & pruna ferant? si quercus, & ilex
...lta fruge pecus, multa dominũ iuuet vmbra?
...cas adductum propius frondere Tarentum.
...s etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
...gidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.
...firmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo.
...latebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ
...olumem tibi me præstant Septembribus horis.
Tu rectè viuis, si curas esse, quod audis.
...tamus iam pridem omnis te Roma beatum.
...vereor, ne cui de te plus, quàm tibi credas:

Insinuatione vtitur occasione captata ex agri sui scriptione.

Dextrũ fundi latus solem orientem, sinistrum occidentem spectare significat.

*al. quod si, sine interrogatiõis nota.

Idoneus quod Græcis ἱκανός, id est, sufficiẽs.

Monet ne nimium de se adulatoribus pergat credere.

Nẽne putes alium ſapiente, bonóque beatum
Neu, ſi te populus ſanum, rectéque valentem
Dicitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor ineidat vi
Stultorum incurata pudor malus vlcera cela
Si quis bella tibi terra pugnata, marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aure
Te ne magis. Hi duo verſus ſunt ex Varo poeta de Auguſto.
Te ne magis ſaluum populus velit, an populum
Seruet in ambiguo, qui conſulit, & tibi, & vri,
*Iupiter: * Auguſti laudes agnoſcere poſſis?*
Cùm pateris ſapiens, emendatúſque vocari:
Dialogiſmus Quinctij & poetæ.
Reſpondéſue tuo, dic ſodes, nomine? nempe
Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu,
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: vti ſi
Detulerit faſceis indigno, detrahet idem:
Pone, meum eſt, inquit: pono, triſtíſque recedo,
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum,
Mordear opprobrijs falſis, mutémque colore
Bonus vir neque falſis laudibus gaudet, neque falſis calumnijs dolet.
Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quẽ, niſi mẽdoſum, & mẽdacẽ? vir bonus eſt q
Qui conſulta patrum, qui leges, iuráque ſeruat
Quo multæ, magnæq; ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſa teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Seruus: Habes pretium: loris non vreris, aio.
Non hominem occidi. Non paſces in cruce co

...bonus, & frugi. Renuit, negat atque Sabellus.
...tus enim metuit foueam lupus, accipitérque
...pectos laqueos, & opertum miluius hamum.
...runt peccare boni virtutis amore.
...nihil admittes in te formidine pœnæ.
...pes fallendi, miscebis sacra prophanis.
...de mille fabæ modijs cum surripis vnum,
...mnum est, non facinus mihi pacto leuius isto.
Vir bonus, oẽ forum quẽ spectat, & oẽ tribunal,
...ndocunque deos vel porco, vel boue placat:
...pater, clarè: clarè cùm dixit, Apollo:
...ra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
...mihi fallere, da iustum, sanctumq́; videri:
...ctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.
**Quo melior seruo, *quo liberior sit auarus,*
...triuijs fixum cum se demittit ob assem,
Non video. nam, qui cupiet, metuet quoque: porro,
Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.*
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat, & obruitur re.
Vendere cum possis captiuum, occidere noli:
Seruiet vtiliter, sine pascat durus, aretq́;:
Nauiget, ac medijs hyemet mercator in vndis:
Annonæ prosit: portet frumenta, penúsque.
Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patiq́;
Indignum coges? Adimã bona. Nempe pecus, rem,
...ctos, argentum. tollas licet. In manicis, &
...pedibus sæuo te sub custode tenebo,

Sabellus idẽ est, qui Venusinus, quia pulsis Sabellis in eorum locum Venusini deducti sunt.

Bonus non est, nisi qui sua sponte & honesti amore nõ peccat.

Ex Stoicorũ paradoxis, qui aiebant vitia esse paria.

*al. Est damnum leuius mihi, non facinus tamen: esto.

Hypocritarum oratio.

*Al. quî.

Syllogismo colligit quẽuis auarum seruum esse.

*al. viuet.

Verba auari de seruo seruando in suã vtilitatem.

Locus ex Bacchis tragœdia. Sentit autem sapiẽtem nullo metu mortis seruiturum.

Ipse deus, simulatque volam, me soluet. Opinor
Hoc sentit, Moriar. mors vltima linea rerum

Ad Scæuam. 17.

Hac epistola ciuilem facilitatem seueræ austeritati præfert.

QVamuis, Scæua, satis per te tibi cõsulis, & *Quo tandem pacto deceat maioribus*
Discere, docendus adhuc, quæ censet amiculus: & Cacus iter monstrare velit: tamen aspice, si quæ Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies, & primam somnus in horã
Delectat: si te puluis, strepitúsque rotarum,
Si ladit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neque diuitibus contingunt gaudia solis:
Nec vixit malè, qui natus, moriensque fefellit.
Si prodesse tuis, paulóque benignius ipsum
Te tractare voles: accedes ficcus ad vnctum.
Si pranderet olus patienter, regibus vti
Nollet Aristippus. Si sciret regibus vti,
Fastidiret olus, qui me notat. vtrius horum
Verba probes, & facta, doce: vel iunior audi,
Cur sit Aristippi potior sententia. namque
Mordacem Cynicum sic eludebat (vt aiunt)
Scurror ego ipse mihi. populo tu. rectius hoc, &
Splẽdidius multo est, equus vt me portet: alut rex
Officium facio tu poscis vilia: verùm es*
Dante minor: quamuis fers te nullius egentem.
Omnis Aristippum decuit color, & status, & res
Tentantem maiora, ferè præsentibus æquum.
Contrà, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor vitæ via si conuersa decebit.

Ferentinum oppidũ Hernicorum infrequens.

Sententia Epicuri λάθε βιώσας, id est, vixit ita obscurus, vt eius & ortus, & mors homines latuerint.

Diogenis dictum ad Aristippum.

*Lambi. fic legit: vilia rerum, Dante minor. &c.

Sentẽtia Platonis de Aristippo, quem naufragio eiectũ diploide rectum inuenit.

Abu

Alter purpureum non expectabit amictum:
Quibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personámque feret non inconcinnus vtramque.
Alter Mileti textam, cane peius, & angue
Habit chlamydem: morietur frigore, si non
Tuleris pannum. refer: & sine viuat ineptus.
Gerere, & captos ostendere ciuibus hosteis
Contingit solium Iouis, & cœlestia tentat.
Principibus placuisse viris, non vltima laus est.
Cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Dixit qui timuit, ne non succederet: esto.
Quid? qui peruenit, fecit ne viriliter? atqui
Hoc est, aut nusquã quod quærimus. hic onus hor-
Paruis animis, & paruo corpore maius: (ret,
Hic subit, & perfert. aut virtus nomen inane est:
Aut decus & pretium rectè petit experiens vir.
Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent. distat, sumás ne pudenter:
An rapias: atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit: clamat, victum date. succinit alter,
Et mihi diuiduo findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.
Frundusium comes, aut Surrentũ ductus amœnũ,
Qui queritur salebras, et acerbũ frigus, et imbreis,
Aut cistam effractã, & subducta viatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,

Diogenes frigere malebat quam purpuream vestem induere.

Fortis & excelsi animi est periclitari fortunam. Græci solent dicere πόγον εἶναι, id est, verba esse, pro nullius bonę frugi esse, aut inutile esse.

Verba poscentium aliquid.

Nec pasc. οὐχ ἱκανος τρέφειν: genus loquendi Græcum.

Locus ex Plauti Tru-

culento de meretricum astutia.

Planum scurram vocat & impostorem vt Cicero: ille Planus improbissimus.

Sæpe periscelidem raptam sibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis, verisq́; doloribus adsit.
Nec semel irrisus triuijs attollere curat
Fracto crure Planum: licet illi plurima manet
Lachryma: per sanctum iuratus dicat Osirim,
Credite: non ludo, crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

Ad Lollium. 18.

Taxat Lollij importunam, & nimis odiosam libertatem.

SI benè te noui, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem præbere, professus amicu
Vt matrona meretrici dispar erit, atque
Discolor: infido scurræ distabit amicus.

*al. & prope.

Est huic diuersum vitio vitium prope mai*
Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisq́;
Quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris,

Vtrinque reductũ, id est, ab vtroque extremo remotum.

Dum vult libertas mera dici, veraq́; virtus.
Virtus est medium vitiorum, & vtrinq; reduct

Adulatorum mores: quos duabus aptissimis similitudinibus exprimit.

Alter in obsequium plus æquo pronus, & im
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret:
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit:
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

Descriptio duri, ac seueri.

Alter rixatur de lana sæpe caprina:
Propugnat nugis armatus: Scilicet vt non

Castor & Docilis, par gladiatorum.

Sit mihi prima fides: &, verè quod placet: vt n
Acriter elatrem: pretium ætas altera sordet.

Arrogans diuitis censura in pauperem amicum.

Ambigitur q̃d enim? Castor sciat, an Docilis p
Brundusium Numici melius via ducat, an A
Quem damnosa Venus, quẽ præceps alea nu

Gl

...pum supra vireis & vestit, & vngit:
...met argenti sitis importuna, fameſque:
...pertatis pudor & fuga: dines amicus
...lecem vitijs instructior odit, & horret:
...suam odit, regit: ac, veluti pia mater
...quàm se sapere, & virtutibus esse priorem
...& ait prope vera mihi contendere noli:
...ium patiuntur opes. tibi paruula res est.
...decet sanum comitem toga. desine mecum
...at. Eutrapelus, cuicunque nocere volebat,
...umenta dabat pretiosa. beatus enim iam
...pulchris tunicis sumet noua consilia, & spes:
...met in lucem: scorto postponet honestum
...ium: nummos alienos pascet: ad imum
...ux erit, aut olitoris aget mercede caballum.
...bramim neq; tu scrutaberis vllius vnquam:
...umq; teges, & vino tortus, & ira.
...na laudabis studia, aut aliena reprendes:
...cum venari volet ille, poëmata panges.
...ia sic fratrum geminorum Amphionis, atque
...bi dissiluit: donec suspecta seuero
...uit lyra, fraternis cessisse putatur
...ibus Amphion. tu cede potentis amici
...ibus imperijs: quotiesq; educit in agros
...tolis onerata plagis iumenta, canesque:
...ge, & inhumana senium depone Camœna:
...nes vt pariter pulmenta laboribus empta:
...nis solenne viris opus, vtile famæ,
...q; & membris: præsertim cum valeas, &

Pia, vel, cui debetur pietas: vel, quæ magis diligit filium, quàm ab eo diligitur.

Verba diuitis ad pauperē.

*alij sic legunt: prope vera: Meæ (contendere noli) Stultitiam, &c.

Vestitus parui pretij cum sanitate mētis coniungi debet.

Quomodo amicis conuiuendum.

Amicitia dissoluitur ex studiorum dissimilitudine.

Amphion Musica, Zethus venatiõe delectabatur.

Ætolis pla. Calydonijs Meliagri venatione nobilitatis.

Senium ponit pro seneritate: quia senes plerunq; seueri sunt, & ab omni animi relaxatione abhorrēt

Vel cursu superare canem, vel viribus aprum
Possis, adde, virilia quòd speciosius arma
Non est, qui tractet. scis, quo clamore coronæ
Prælia sustineas campestria. denique sæuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti,
Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit
Et nunc, si quid abest, Italis adiudicat armis,
Ac, ne te retrahas, & inexcusabilis absis:
(Quàmuis nil extra numerum fecisse, modumq
Curas) interdum nugaris rure paterno:
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur.
Aduersarius est frater: lacus, Adria: donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Consentire suis studijs qui crediderit te,
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.
Portinus, vt moneam (si quid monitoris eges tu)
Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito, nam garrulus idem est:
Nec retinent patulæ, commissa fideliter aures:
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puérue
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri, cháræue puellæ
Munere te paruo beet, aut incommodus angat.
Qualem commẽdes, etiã, atq; etiã aspice: ne mo
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur: & quondam non dignum tradimus arg
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Sub duc. Augustum intelligit, qui signa cum Crasso capta recepit.

Imaginem pugnę Actiæ per ludũ repręsentatę.

Saluberrima prçcepta &, sententiæ nonnullæ.

Verba, Homerus πτερόεντα, id est, alata vocat.

Ne quenquã ames ex familia amici.

Non temerè quemuis cõmendes.

Penitus notum si tentent crimina, serues,
Tuerisque tuo fidentem præsidio: qui,
Dente Theonino cum circumroditur, ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Cum tua res agitur, paries cum proximus ardet:
Neglecta solent incendia sumere vireis.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. tu, dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Fuerunt hilarem tristes, tristémque iocosi:
Sedatum celeres: agilem, gnauúmque remissi:
Potores bibuli media de nocte Falerni
Fuerunt porrecta negantem pocula: quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores.
Nemo supercilio nubem: plerunque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges, & percontabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te semper inops agitet, vexétque cupido:
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium spes:
Virtutem doctrina paret, naturáne donet:
Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum:
Quid pure tranquillet: honos, an dulce lucellum,
Quo secretum iter, & fallentis semita vitæ.
Me quoties reficit gelidus Digentia riuus,
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus:
Quid sentire putas? quid credis amice precari?
Quid mihi, quod nunc est, etiã minus: vt mihi viuam.
Quod superest aui, si quid superesse volunt dij:

Si amico per calumniam detrahitur, tuere eius famã, si potes. Dente Theoni maledico: a Theone poêta, quem tradunt maledicentissimum fuisse. Periculosa principum amicitia. Similitudo morum in amicitia necessaria.

Nub. sic Græci; ἐφέλην τῶν ὀφρύων, dicunt & Cicero: frontis nubeculã. Ratio, qua quis fœliciter possit viuere.

Rug. fri. hoc est, qui frigore contrahat in rugas hominum corpora.

Sit bona librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia, neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Sed satis est orare Iouem, qui donat, & aufert:
Det vitam, det opes: æquũ mi animũ ipse parab

Ad Mecœnatem. 19.

In eos qui magnorum virorũ vitia imitantur, cũ virtutem assequi nõ possunt.

PRisco si credis, Mecœnas docte, Cratino:
Nulla placere diu, nec viuere carmina possu
Quæ scribuntur aquæ potoribus: vt male sanos
** Adscribit Liber Satyris, Faunísque poëtas.*

*al. adscripsit.

Pater Ennius, quia primus fuit poëta Latinus, dicitur.

Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda: forum putealq́; Libonis
Mandabo siccis: adimam cantare seueris.

Putealque Li. hoc est sedem prætoris, quòd Libo primus ibi tribunal posuerit.

Hoc simul edixit, non cessauere Poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? si quis vultu torno ferus, & pede nudo,
Exiguæq́; togæ simulet textore Catonem,
Virtutemne representet, morésque Catonis?

Hyarbita Maurius dum vult æquare Timagenem dicendo, rupit seipsum.

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
Dum studet vrbanus, tendítque disertus haber
Decipit exemplar vitijs imitabile. quòd si
Pallerem casu, biberent exangue cuminum.
O imitatores, seruum pecus: vt mihi sæpe
Bilem, sæpe iocum vestri mouere tumultus?

*al. fidet.
*al. reget.

Quam dextrè Horatius Archilochum imitetur.

Libera per vacuum posui vestigia princeps:
*Non aliena meo pressi pede, qui sibi * fidit*
*Dux, * regit examen. Parios ego primus Iambos*
Ostendi Latio, numeros, animósque sequutus

Archiloch

Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.
Me me solijs ideo breuioribus ornes,
Quod timui mutare modos, & carminis artem:
Temperat Archilochi Musa pede masculà Sappho:
Temperat Alceus: sed rebus, & ordine dispar,
Nec socerum quærit, quem versibus oblinat atris:
Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.
Ego non alio dictum prius ore, * Latinis
Barbiton hoc cano. Diuum vatumque frequentat
Mens chorus, & dulci gaudet cantare camœnæ.
Hinc populum late regem belloque superbum
Ante Numantinos, & nobilis Hannibalis pœnos,
Pompiliusque sinus, & pacis cana bidentis
Iura, feraque regens sancto delubra Numæ
Describit. Curru Romanum Fidenaque longo
Et Corani dictatorem lauroque coactum
Agmina Quirini, & nudum pugnacis Etrusci
Cognatis maculare sinistrum sanguine Thybrim.
Hinc Fabios, hinc Marcellos, hinc ille Camillum
Saturnumque refert, & geminum cognomine Pontum.
Reddidit antiquæ Romæ Capitolia fortis
Cæsar, & in Rutulos victor iuga flexit Iuli.
Quid Crassum, Romanæque fidem, socerumque refellit
Galli? quid Parthi, Crassi portenta nepotes?
Quid Pharium Romana Antonî uictoria comtum
Mauortem, & Nilo segnem deiecit alumno?
Nec minimum meruere decus vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta
Vetantes quorum scriptis antiqua uetustas
Nec formam æquarit, nec honorem sortita, neque ignes
Nec locum sibi, nec numerum, nec pondera curans,
Scit tantum series iuncturaque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.
Silius Italicus noscetur, & ingens
Pacuuius docto fecundi Calliopea
Lucilî premet aurem: fugietque retractus,
Nec scribam imperitus, nec dictat reges, & astat
Mente nouum fabricator opus, monitusque recuset
Addere, aut posse negat meliora, aut ponere plura.
Creditur ex medio quia res arcessita, labore
Defluxisse potest. Plautus quid molliter aptet,
Et quatenus arcanum barbam tollat amico
Terentius, qui non prudens vultumque legensque
Sardum habet exemplar Menandri? in utroque sagaces
Vos estote, iubet posthac quos fama magistros
Nobilium scriptorum, dictorumque reportet
Ad scenam ex medio populum sedare tumultu.
Quæ mouere animum, quæ possint vincere, & ire
Quo velit, aut alio quo ducat gaudia mœstum,
Quæ risum excutiant, quæ sint fortissima vino,
Quæ deceant, quibus assurgat sua gratia regum,
Quæ spectata iuuent, & quæ non fastidita secundum
Consulis Romani reditum, natumque nouellum
Incolumem, possint oculis animoque placere
Auctoris genium. Dandi cognoscere multa
Stultitiam, patiemque vocant, & turpe negari
Nescit. Quem recte non odit, amat, parit, erudit, offert
Regnantem sibi discipulum. Iam turba relicta
Scribentis vatis sequitur, ceu cantor Orestes
Aut Pylades, mimum tragicum ostendit, & amens
Clamat, Io cives, huc huc concurrite, fratres.
Adsentatores Iouis imperium horrescite. Sæuit
Mutatus vultu, flammas & fumida torquens
Cuncta minatur agit. Rursus cum decidit imis
Surgentem decet hæc effutire, & tollere humo me.
Cum tragicus plorat, fleri sibi postulat, & gestu
Cum comicus fluctuat irati, stantisque comœdi
Est opus, aut capiti parcentis mollia cura.
Non satis est pulchra esse poëmata, dulcia sunto,
Et quocunque volent animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum
Primum ipsi tibi est, tunc tua me infortunia lædent,
Telephe vel Peleu. Male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia mœstum
Vultum verba decent, iratum plena minarum,
Ludentem lasciua, severum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum Davusne loquatur, an heros,
Maturusne senex, an adhuc feruidus æuo,
Matronane potens, an sedula nutrix,
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge,
Scriptor. Honoratum si forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer
Iura neget sibi nata, nihil non arrogat armis.
Sit Medea ferox, inuicta, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenæ committis, & audes
Personam formare nouam, seruetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere: tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quam si proferres ignota indictaque primus.
Publica materies priuati iuris erit, si
Non circa vilem patulumque moraberis orbem,
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres, nec desilies imitator in arctum,
Vnde pedem proferre pudor vetet aut opus ipsum
Vilet. Nec sic incipies, vt scriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, vt speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Scyllamque, & cum Cyclope Charybdim.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo:
Semper ad eventum festinat, & in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit, & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit:
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Tu quid ego & populus mecum desideret audi.
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri donec cantor, Vos plaudite, dicat,
Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernix.
Conuersis studiis ætas animusque virilis
Quærit opes & amicitias, inseruit honori,
Commisisse cauet quod mox mutare laboret.
Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet ac timet vti,
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
Dilator, spe longus, iners auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur iuueni partes, pueroque uirilis,
Semper in adiectis, aut detractis temporibus sit
Mista aliquid, & longe nobis & recta cauebit.
Vt pueris olim dant crustula blanda docentes,
Sic horum primo ne grauia & dura recuses
Ferre, & quæ puerum recreare volentem
Et marcentem docuit fabula fingere curas.
Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit vrbes,
Rite cliens Bacchi somnoque & fabulis aptus,
Nec pluteum cædit, nec demorantia cessat
Flagra, nec scit quid sit scabies, aut acre piantum
Carcer, & extorti media nox incita tergi.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum, des nomen Pythia Musis.
Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.
Descriptas seruare vices operumque colores,
Cur ego si nequeo ignoroque poëta salutor?
Cur nescire pudens prauè quam discere malo?
Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armauit iambo.
Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus, & popularibus
Vtilem, & actori cum tempore natum,
Thespis quæ dicere tragœdis, & uehere inuenit
Per plaustra, & uultus fœdare lurida fece.
Post hunc personæ pallæque repertor honestæ
Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude. Sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
Turpiter obticuit sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poëtæ,
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisue potentius armis
Quam lingua Latium, si non offenderet vnum quemque
Pumice mundatum, negligentior alter scribens,
Vel qui non credit, mihi nil nisi carmina digna
Emendata videri, & non inflata laborem
Mouere, & curam adhibere, & amicum frangere naso,
Vel quia nil rectum nisi quod placuit sibi ducit,
Vel quia turpe putat parere minoribus, & quæ
Imberbis didicit, senex nec discere curat.
Sic Numerius Fabio, vel Fabius Numerio par.
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru,
Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.
Sic leue, sic parum cautum dominantia vitia
Offendunt, poterit poscentis vultus eburna
Cum tabula sanum theatris dare signum, aut
Pompeiani adstante choro crocus vncta iuuabit
Hasta, aut intorti spectabitur ad pila cestus,
Quæ puerum cordi, quæ curam mouere senilem,
Mobilibus non mobilia decussa coquentem
Cornibus, & capiti non apto conuenientia finget
Scriptor, & extorquebit risum me sæpe videnti
Stridere, contorto non bene ponere lumbum,
Rursus quid virtus & quid sapientia possit
Vtile proposito nobis exemplar honestæ
Vitæ dicentem rectum, & prope tangere amicum.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit
Iratusque Chremes tumido delitigat ore,
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri
Telephus & Peleus, cum pauper & exul vterque
Projicit ampullas & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Non enim gemmis, neque auro, sed dulcibus modis
Pulsandæ aures arguto conuiua theatro.
Ad Librum suum. 20.
Vertumnum, Ianumq; liber spectare videris:
Scilicet vt prostes Sosiorum pumice mundus:
Dicti clauseis, & grata sigilla pudico:

Paucis

Tempero Sapphus & Alcęi suauitate, Archilochi acerbitatem. Mascula, quòd viris digna, non muliebria studia tractarit. *al. Latinus. Horatius primus ex latinis poëta Lyricus extitit. Causa, quare multis inuisus fuerit Horatius.

Diludia, ludorum intermissionem. Vertumnum, Ianúmque spectare, hoc est, prostare: ante quorum templa erant bibliopolæ. Sosiorum, id est, librariorum, seu bibliopolarum.

Paucis ostendi gemis: & communia laudas,
Non ita nutritus: fuge, quò discedere gestis.
Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi?
Quid volui? dices: vbi quis te læserit, & scis
In breue te cogi, cùm plenus languet amator.
Quòd si non odio peccantis desipit augur:
Charus eris Romæ, donec te deserat ætas.
Contractatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inerteis:
Aut fugies Vticam: aut vinctus mittêris Ilerda
Ridebit monitor non exauditus: vt ille,
Qui male parentem in rupeis detrusit asellum*
Iratus, quis enim inuitum seruare laboret?
Hoc quoq; te manet, vt pueros elementa docent
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Cùm tibi sol tepidus plureis admouerit aureis:
Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loquêris:
Vt, quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis vrbis belli placuisse domiq́:
Corporis exigui, præcanum, solibus aptum,
Irasci celerem, tamen vt placabilis essem.
Fortè meum si quis te percontabitur æuum:
Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Aut situ putresces, aut ex te fient literę opisthographæ.

*al protrusit. Horatij humilis genealogia & successus, pręterea tempus & ętas qua hęc scripsit nimirum annos natus, xliiij.

Annum intelligit, ab vrbe condita 733. quo Q. Æmilius Lepidus, & M. Lollius consulatum gesserunt.

QVINT

QVINTI HORATII FLACCI EPISTOLARUM liber secundus.

AD AVGVSTVM. I.

Vm tot sustineas & tanta negotia solus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua

Tacitè commendat se, & poetas Augusto, ratiõe reddita cur minùs sæpe eum interpellauit literis suis.

tempora, Cæsar.
Romulus, & Liber pater, et cũ Castore Pollux,
Ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dum terras, hominumq; colunt genus: aspera bella
Componunt: agros assignant: oppida condunt:
Ploxre suis non respondere fauorem
Speratum meritis. diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo fine domari.
Vrit enim fulgore suo, qui prægrauat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem.
Præsentibus tibi maturos largimur honores:
Deosque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
Sed tuum hic populus sapiens, & iustus in vno
Seruare ducibus, te Grajis anteferendo,

Boni & prudentis principis typus & officium.

Inuidetur ijs, in quibus aliqua præstantia elucescit, sed ijdem post mortem amantur.

Cætera

Romani, antiquitatis admiratores.

Cætera nequaquam simili ratione, modoq;
Æstimat: & nisi quæ terris semota, suisq;
Temporibus defuncta videt: fastidit, & odit:
Sic fautor veterum, vt tabulas peccare vetantis
Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera reges
Vel Gabijs, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum,
Dictitet Albano Musas in monte locutas.

Si Latinos optimos quia antiquissimos iudicamus, iam sensu communi caremus.

Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæq;
Scripta, vel optima, Romani pensentur eadem
Scriptores trutina: non est, quòd multa loquamur.
*Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
Venimus ad summum fortunæ, pingimus, atque
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.

* Nil intra. prouerbium est in eos, qui aut perspicuè vera, negant esse, aut perspicuè falsa aiunt.

Pœma vetustate, vt vinum non æstimatur.

Si meliora dies, vt vina, poëmata reddit:
Scire velim pretiũ chartis quotus arroget annus.
Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos, veteresq; referri debet, an inter
Vilcis, atque nouos? excludat iurgia finis.
Est vetus, atque probus centum qui perficit annos.
Quid? qui deperijt minor vno mense, vel anno,
Inter quos referendus erit? veteresne poëtas,
An, quos & præsens, & postera respuet ætas?
Iste quidem veteres inter ponetur honestè,
Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.

Caudę. Alludit ad historiam Sertorij ducis, cuius meminit Plutarchus in

Vtor permisso, caudæq; pilos vt equinæ
Paulatim vello: & demo vnum: demo etiã vnum:
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis

Miran

Maturrq; nihil, niſi quod Libitina ſacrauit.
Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt, leuiter curare videtur,
Quòd promiſſa cadant, & ſomnia Pythagoréa.
Naeuius in manibus non eſt, & mentibus hæret
Paene recens: adeò ſanctum eſt vetus omne poëma.
Ambigitur quoties vter vtro ſit prior: aufert
Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti:
Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro:
Plautus ad exẽplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numeratq; poëtas
Ad noſtrum tempus Liuî ſcriptoris ab æuo.
Interdum vulgus rectum videt: eſt vbi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatq; poëtas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa fatetur:
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.
Non equidem inſector, delendaq; carmina Liuî
Eſſe reor: memini quæ plagoſum mihi paruo
Orbilium dictare: ſed emendata videri,
Pulchraq;, & exactis minimùm diſtantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit ſi fortè decorum, &
Si verſus paulo concinnior vnus, & alter,
Iniuſtè totum ducit, venditque poema.
Indignor quicquam reprehendi, non quia craſſe
Compoſitum, illepidéue putetur: ſed quia nuper:

eius vitæ. Ennius non propterea ſtatim abſolutiſſimus, quia vetuſtiſſimus.

Veterũ poëtarum Latinorũ ſeries, & quę in ſingulis vitiutes eſſent.

Toga conu. Afranius comœdiam latinam ſcripſit, quæ togata eſt.

Liuius Andronicus primus latinè fabulas ſcripſit.

Seruius Orbilius Horatij præceptor.

Nec

Nec vemã antiquis: ſed honorem, & præmia poſc

Rectè, nécne crocum, floréſq; perambulet Att

Attę, qui in fabula mate tera, omnia florũ genera vſque ad faſtidium recenſet.

Fabula, ſi dubitem: clament periſſe pudorem
Cuncti penè patres, ea cum reprehendere coner,
Quæ grauis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.

Æſopus tragœdiarum actor, Roſcius comœdiarum fuit.

Iam; Saliare Numæ carmen, qui laudat, & illud
Quod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:
Ingenijs non ille fauet, plaudit q; ſepultis:
Noſtra ſed impugnat: nos, noſtráque liuidus odit.

Saliare, quod a Salijs, Martis ſacerdotibus, ſaliendo canebatur, a Numa Pompilio inſtitutum.

Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quàm nobis: quid nũc eſſet vet⁹? aut quod haberet
Quod legeret, tereréque viritim publicus vſus?
Vt primum poſitis nugari Græcia bellis
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua:

Græciæ exercitia & poeticę initium.

Nunc Athletarum ſtudijs, nunc arſit equorum
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amantem:
Suſpendit picta vultum, mentémque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc eſt gauiſa Tragœdis:
Sub nutrice puella, velut ſi luderet infans:
Quod cupidè petijt, maturè plena reliquit.
Quid placet, aut odio eſt, quod nõ mutabile credat?
Hoc paces habuere bonæ, ventíque ſecundi.

Per tibicines, comœdos intelligit, quia in comœdijs tibicines adhibebantur.

Romæ dulce diu fuit, & ſolenne, recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere iura,
Cautos nominibus certis expendere nummos,
Maiores audire, minori dicere, per quæ

Viciſſitudo eſt in rebus, quę placent, & in iſs, quæ diſplicent.

Docet Romanos veteres in ſtudijs vtilionibus, quàm in ſcribendo occupatos fuiſſe.

Creſcere

...rescere res posset, minui damnosa libido.
...cauit mentem populus leuis, & calet vno
...scribendi studio. pueri, patresque seueri
...unde comas vincti cœnant, & carmina dictant.
...se ego, qui nullos me affirmo scribere versus:
...ior Parthis mendacior: & prius orto
...sole vigil calamum, & chartas, & scrinia posco.
...Nec agere ignarus nauis timet: abrotanũ ægro
...audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorũ est,
...promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
...scribimus indocti, doctique poëmata passim.
...Hic error tamen, & leuis hæc insania quantas
...virtutes habeat, sic collige. vatis auarus
...Non temerè est animus: versus amat: hoc studet vnum:
...detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet: (nũ:
...Non fraudem socio, puero non cogitat vllam
...pupillo: viuit siliquis, & pane secundo:
...Militiæ quamquam piger, & malus: vtilis vrbi:
...Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari:
...Agricolæ prisci, fortes parcique bonique,
...Cum primum pulsa domo Sabina
...Extulit in lucem genitor Lycambæ,
...Quem socium vitæ, socerum que rogarat Archilochus,
...Natam meritis in mollem carmen acerbis,
...Sensit & artificem fletum, & sibi amara locutum
...Versibus alternis opprobria rustica fudit:
...Illum & parentem crescentis fregit amici,
...Dirus hiambus: eum tetro perculsa pudore
...Proh scelus! infelix dignum laqueare inuenit.
...Quid? qui deinde modos Lesbi sonuere seuero
...Sanguine diuersos, elegi cum voce, bimembres,
...Iambus ad tibiam fingere carmina natus
...Iudice te, finitis cæpit pes pollere senis,
...Vt sponsæ queritur sua cum recitatur in aure,
...Sic mihi tarda nimis sex mensibus hora videtur,
...Cum subitum dominæ meditor decedere lectum.
...Dissimilis sibi non leuitate antiquus amator,
...Vt semel iratus, parcit semel exclusus amicæ?
...Mirandum est vnde ille furor parentibus isdem
...Suscitet hos solos: longum nec tempora quærit,
...Nec facilem animum, & mitem desiderat hora.
...Quid refert, dicas mollis an horrida fuerit
...Mulier, cum pulchra pellice sæpe cubarit?
...Adde huc, quod pravis stimulatum fabula natis
...Asperat insanos ad rabiem risus, & acres
...Inuitat stolidæ cupidos imponere turbæ.
...Si dolor hoc facit, aut nimium patrij vigor ignis,
...Non faciet maior coniunx, nec longa senectus.
...Plena domus libris vanis, queritur pater, & cum
...Dicere cœperunt agrum, peccatur vterque.
...Nam qui discrepitat, quia non bene rem gerit vsque,
...Cui male fit, postquam cessat sperare colonus:
...Ac veluti lotum, cum dicit, gallina rogabit,
...Et quota sit horarum, non deficiente lucerna:
...Sic animum curæ subeunt de nocte vigilem.
...At bene qui dicit, hinc surgit, & ad sua studia
...Iturus, mulo cantat, vel voce, molesto.
...Quid faciat lætum cantator, & augur ad amnem
...Gallicus, & vates, & physicus, qui vera remittit?
...Quem vexant cupidæ mentis genitalia cæci
...Tormenta, ad sanctos deducit carbasus vndas.
...Non istum vilis emouerit auri fames, non
...Ambitio, non mortis inops trepidusque repentinæ
...Mercedis: solum hoc animi dolor, vt bona fallax
...Dextera quærenti defuerit. Nec gloria cursu
...Quenquam mouet, Isthmo clarum vel Olympia Cyrrhæ
...Victorem, Delphisque leuat, plausorque theatri
...Non agit, & tacito sudans obstupuit Pacuuius ore,
...Nec qui abrumpat adest. Nam si discedat, vt ingens
...Barbatum currat funus, expectet vt vxor
...Dotatæ regis spectata morte Philippi.
...Sit quodcunque volet, dum viuit, fiat: eo rem
...Lucri omnem, quo dulce nihil, maledictaque risum
...Mittit ad insanos: capitisque & fortunarum
...Ludum insanabile, quem non mouet ira canum vis,
...Non immensa tumens atra cum bile pharetra
...Pallidus Orcus, eo delatum mente recepta
...Quod timeat gestare, furit, fluctusque secundos
...Suspirat, vt rauci, si vox omnibus vna est,
...Ad strepitum citharæ cessantia cornua rumpat.
...Hic ego, qui nullis vexor, non possidet agri
...Centum me modium, non segnis oderit annus:
...Non mea renidet in domo lacunar. Non ego magnum
...Nomentana meo ingratum conuiua patrono
...Obturbat: non me Lucrinum, non gurgitis æstus
...Auricularis Agrippæ, non Tiberina labrum
...Motat piscina: non me Paccius orbat, & Hostus,
...Hæredes alios fallax & volpe cadauer
...Ludificat. Viuo ac fruor in diem: reparo cras
...Cultum, aut conuiuam, lætum, vel scortum, vel vtrumque.
...Pingue nitet oleo meum cutis, vt Arabum dati
...Quo defricta nitent ebora, expugnacia multo
...Cum Gaetulo altercatione, simul vultum
...Vt Libycus domitor, cum pulvere, sudor inundat.
...Cultus vt hic generosus, & hic tibi, qui modo nudum
...Me vidit, quia non nimium mihi tempora cordi
...Sunt leuia, aut vnctis crudum per balnea perfert
...Manibus, vt caleat, patinis, omentaque adurat.
...Quæ nec Pausiacus tabulis, nec Mentor in auro,
...Nec Polycletus habet, quæ nec Praxitelia mollis
...Nec spirantia tam Polyclitus mira, poetæ
...Quam nos exoramus, ames, nec cantor Apollo
...Mercurialis, & hic, & ille, & qui nouit Ibycum.
...Si quid vis adimam cantando, restituam rus.
...O Fortuna, potens vrbem quæ staturis moribusque
...Sortitum, & formæ, nunc huc, nunc illuc agitatis
...Mobilibus pennis, inconstans, & spe fauens, & ira
...Saeua deum, nil mi eripere hæc, nil dicere restat.
...Quæ mihi dentur, ea in lucro ponam: apte natum
...Me clamabo, & amicum, & gnatis charum, & bene rebus
...Lætis, & ad mores prudenter lene seuero
...Compositum, & ridere potentem, & secum bene viuo.
...Cum tibi nec cista deerit, nec fiscina lenti
...Fœni, nec stipulæ, nec culmi, nec farris aceruus,
...Nec requies somni donec Sol tollat, & almum
...Quod nimium terris iniecerit ignibus æther
...Reddat agris, curuet nec non & pondere terram
...Grauis, & exuberet fœcundis fœtibus annus,
...Quid deerit regum amicis, quibus ipse timendus
...Non cauet insidias, non vim tectorum horret, & imbres
...Non nouit? quibus arma, fores, vigilesque cubilis
...Sollicitum quærunt, & credula pectora vitant
...Somnia? quos contra positum est miserescere nullum?
...Quos inopem quamuis fortuna expertus inique
...Dat veniam corui vexanti, non satis apte
...Cantanti, non recte ludenti tibia lædor.
...Si pulchre tibias infundo, labra mouenti
...Quis faueat? Docti imprimis, quos delpha mouere
...Cum pueris alumnis, quos exercere Athenæ
...Clarum, & Roma potens, vincentem mollia duris
...Cantibus, & facili victoria, plausa theatris
...Ingenia, & cantu gaudentem scena docenti,
...Quæ labris quatiat, quæ fronte, quæ naribus efflet,
...Quo pacto rigeat latus, & quo tempore pulchrum
...Sit patulis incessus agens hinc & inde superbum
...Purpureum pallæ lumen, quo circulus albus
...Ardeat imitata, & Cois operata puellis.
...Hæc ego non agito, ludo tibicine functus
...Inter vina quidem, & post pocula, quæ data fama
...Tempestiua mihi dum tibia non labefactat
...Non vereor, ne quis male parta male dissipet, & rem
...Non curo, si quis opimus obesa in cœna sedebit
...Heluo, qui populum ructu pascit, mihi non plus
...Quam vicinus aper, tanto bene, quanto Lucullo
...Agrippæque mihi, disparibus rebus, quod vtrique
...Contigit, vt fruerer diuesque pauperque, probarit
...Quod Fortuna dedit, diuesque pauperque fruebar.
...Si quis emet agrum, cui pulchra in fronte velut impos
...Additus, & scitis signatus quadrupes albis
...Sub crucibus, portisque nitens Metellinis, ego illum
...Non inuisa feram pecunia, quæ tamen vti
...Non laudem nequeo, pleno cum marsupia nummo.
...Sit mihi diues ager, fœcundæ frugis & arbos
...Virgultis, & pomis, & prato lætus, & irriguis
...Vallibus, & pratis, & multa grege, & bene culta
...Vxore, & blandis pignoribus, & fœnore pingui
...Non ego, cum Crasso dormiam, & Agrippa, copia
...Vt mihi deficiat rogitem, quæ Sulcius acer
...Quæque Canusinus, quæ Bestius, & quibus hortis
...Inuidiosus Apicius, & Seplasia nouit.
...Nec scrutor, quæ Mendesia, quæ Setina, Falerna
...Sit mihi, quæ Formiana, quibus Cæcuba vitibus alta
...Surrentina crepent in opimis faucibus vuæ.
...Me libet effuso propter torrente, vel alta
...Sub trabe, citrea, quæ fulgeat impositis mihi mensis
...Cœna, supervacuis vt pes non impedit vndis,
...Vt tener exuctum ne quid male olentibus hædum
...Naribus offendat, sincerum vt vina, neque illis
...Quæ pice nigrescunt, fumoque senescunt, seruet amphora,
...Vt piscis tenui simus in aqua, & mare nullum
...Hibernum fugiam, spectandum, ni mare, portum
...Occupet, & parua nauis, cui tuta petenda
...Portus, & euitanda procella, quæ neque sentit
...Vim ventorum, ea me non mouet, aut mouet vnda.
...Non ego auaras

P Auertit

Et Romam translatum poëticę studium.

Cæteras artes nemo se scire profitetur, aut exercet, nisi qui eas habet cognitas: at scribunt poëmata sine discrimine, tũ docti, tum indocti.

Multos a vitijs remoratur poëtica. al. puerõue incogitat- fic Iamb. & Steph. vt illud incogitat, Græcum ἐπίνοιαν, seu ἐπιβολὴν exprimat.

Reipub. vtilẽ esse poetam.

Poëta proponens exempla, facit vt yenientia tẽpora cuiusmodi futura sint æstimemus, & instruamur ex ante gestis.

Carminibus morbos impendentes propulsat, ex quo carmen ἀποτροπαῖον dictum.

Et rustici ingenia carmine delectari.

*Vel genus hîc pro genere ponitur, vel legendũ porca: quia telluri, propter fœcunditatem porca fœta immolabatur.

Vnde nati ludi Fescenini.

Legem intelligit 12. tabularum, qua sancitum est, vt qui carmine infamiam alteri intulerit, capite puniretur.

Græci armis victi, Romanos humanioribus disciplinis vicerunt.

Quando imitari Græcos cœperint Latini.

Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus anni.
Carmine dij superi placantur, carmine Manes.
Agricolæ prisci, fortes, paruóque beati,
Condita post frumenta, leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum socijs operum, & pueris, & coniuge fida,
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,*
Floribus, & vino Genium, memorem breuis æui.
Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit:
Libertásque recurrenteis accepta per annos
Lusit amabiliter, donec iam sæuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus, & per honestas
*Ire * domos impunè minax. doluere cruento*
Dente lacessiti. fuit intactis quoque cura
Conditione super communi. quin etiam lex
Pœnáque lata, malo quæ nollet carmine quẽquam
Describi, vertêre modum, formidine fustis,
Ad benè dicendum, delectandúmque redacti.
Græcia capta, ferum victorem cepit, & arteis
Intulit agresti Latio. sic horridus ille,
Defluxit numerus Saturnius. & graue virus
Munditiæ pepulere: sed in longum tamen æuum
Manserunt, hodiéque manent vestigia ruris.
Serus enim Græcis admouit acumina chartis:
Et post punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles, et Thespis, et Æschylus vtile fer-
Tentauit quoq; rem si dignè vertere posset: (rẽt.

Et

Ex placuit sibi natura sublimis, & acer.
Nam spirat Tragicum satis, & fœliciter audet:
Sed turpem putat in scriptis, metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res *accessit, habere
Sudoris minimum: sed habet Comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus, aspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis Ephebi:
Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi:
Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis:
Quam non adstricto percurrat pulpita socco.
Gestit enim nummũ in loculos dimittere, *post hac
Securus cadat, an recto stet fabula talo.
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru,
Exanimat lentus spectator: sedulus inflat.
Sic leue, sic paruum est, animũ quod laudis auarũ
Subruit, aut reficit. valeat res ludicra, si me
Palma negata macrum: donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretq; poëtã,
Quod numero plures, virtute & honore minores
Indocti, stolidique, & depugnare parati,
Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum, aut pugiles: his nã plebecula gaudet.
Verũ equitis quoq; tã migrauit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quatuor, aut plureis aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Esseda festinant, pilenta, petorita, naues:
Captiuus portatur ebur, captiua Corinthus.

Comœdia de medio & vita communi sumpta est.
*al. accessit.
Alij Plautum hîc reprehẽdi ab Horatio, alij laudari existimant.
*al. post hoc.
Glorioſus ex spectatorum vultibus pendet.
Quid alienet multosa scribendo.
Incertos, quia sæpe fallunt, & falluntur.
Ludi, quibus exhibebatur bellum, & triumphus.

Democritus populum nō posset nō ridere, qui ob bellum ita tumultuatur, vt nihil possit exaudiri de fabula.

Si foret in terris, rideret Democritus, seu
Diuersum confusa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentiùs ipsis,
Vt sibi præbentem mimo spectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo. nam quæ peruincere voces
Eualuere sonum, referunt quem nostra theatra?
Graganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum.
Tanto cum strepitu ludi spectantur, & artes,
Diuitiæque peregrinæ, quibus oblitus actor
Cum stetit in scena, concurrit dextera læua.
Dixit adhuc aliquid? Nil sanè. Quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.

Cuius histrionis vox, quātumuis contenta, inter hos strepitus, & clamores exaudiri possit.

Accuratiùs spectari vestes, quàm ipsam actionē. Lana Ta. vestitus ianthinus, i. violacei coloris.

Ac ne fortè putes, me, quæ facere ipse recusem,
Cum recte tractent alij, laudare maligne:
Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Vt magus: & modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm age, & his, qui se lectori credere malunt,
Quàm spectatoris fastidia ferre superbi:
Curam redde breuem: si munus Apolline dignum
Vis complere libris, & vatibus addere calcar,
Vt studio maiore petant Helicona virentem.

Magus sit oportet, qui in re ludicra sic me possit afficere.

Hortatur Augustum, vt bibliothecā libris instruat, & poëtas colat, ornétque.

Multa quidem nobis facimus mala sæpe poëtis
(Vt vineta egomet cædam mea) cum tibi libros
Solicito damus, aut fesso: cum lædimur, vnum
Si quis amicorum est ausus reprendere versum.

Vsitata quinque vitia poëtarum ennumerat.

Cùm

Cùm loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
Cùm lamentamur, non apparere labores
Nostros, & tenui deducta poemata filo:
Cùm speramus eò rem venturam, vt, simul atque
Carmina rescieris non singere, commodus vltrò
**Accersas, & egere vetes, & scribere cogas.*
Sed tamen est operæpretium cognoscere, qualeis
Ædituos habeat belli spectata, domíque
Futus, indigno non committenda poëtæ.
Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Cherilus, incultis qui versibus, & malè natis
Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.
Sed velut i tractata notam, labemque remittunt
Atramenta, ferè scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit
Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret: aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia. quòd si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hæc musarum dona vocares:
**Bœotum in crasso iurares aëre natum.*
At neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius, Variúsque poëtæ:
Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quàm per vatis opus, mores, animique virorum
Clarorum apparent. nec sermones ego mallem,
Repëteis per humum, quàm res componere gestas:

*al. arcessas. Poetis insignibus fauëdum.

Æditui, templorum custodes sunt: hic translate eos significant, qui virtutem clarorum virorũ, ab obliuiõe, suis scriptis vindicant. Alexandri tã ridicula censura in poëtica, quàm grauis in pictura, & sculptura.

*al. Beotũm. Locorum naturę differentes ingeniorum pariunt differentiam: id quod poëta hic significat.

Laus Augusti, & poetarum Virgilij & Varij. Libros sermonum, quos satyras alibi vocat.

Terrarúmque ſitus, & flumina dicere, & arcem
Montibus impoſitas, & barbara regna, tuiſque
Auſpiciis totum confecta duella per orbem,
Clauſtráque cuſtodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam:*
Si, quantum cuperẽ poſſem quoq; ſed neq; parnus
Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.
Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, vrget:
Præcipuè cum ſe numeris commendat, & arte.
Diſcit enim citiùs, meminitq; libentiùs illud,
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.
Nil moror officium, quod me grauat: ac neq; ſtilo
Impeius vultu proponi cereus vſquam:
Nec prauè factis decorari verſibus opto.
Ne rubeam pingui donatus munere: & vnà
Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem thus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Formidatam: quia Parthi ſigna Craſſis adempta, ad Cæſarem Auguſtum vltrò remiſerunt. Verecundè ingenij ſui tarditatem fatetur, vnde non maiora viribus tentauerit.

In vicum in qua ex imitilibus, & ineptis chartis fiunt rhuris, & ſimilium rerum inuolucra.

Ad Iulium Florum. 2.

FLore, bono, claróque fidelis amice Neroni,
Si quis fortè velit puerum tibi vendere, natum
Tibure, vel Gabijs: & tecum ſic agat: hic & [illegible]
Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos,
Fiet, eritq; tuus, nummorum millibus octo:
Verna miniſterijs ad nutus aptus herileis:
Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
*Cuilibet: argilla quiduis *imitabitur vda.*
Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.

Dicit ſe non magis teneri, vt præſtet quę non promiſit, quàm mango aliquis, qui ſeruum fugitiuum vendidit, non diſſimulato vitio, legibus obnoxius eſt. *al, imitaberis.

Multa

Multa fidem promissa leuant, vbi plenius æquo
Laudat venaleis qui vult extrudere, merces.
Ne vrget me nulla: meo sum pauper in ære.
Nemo hoc mangonũ faceret tibi, non timere a me
Quidquis ferret idem. semel hic cessauit: &, vt fit,
In scalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos, excepta nihil te si fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ securus, opinor.
Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi: dixi
Talibus officijs prope mancum: ne mea sæuus
Iurgares ad te quòd epistola nulla veniret.
Quid tum profeci? mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris super hoc etiam, quòd
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Ærumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat: post hoc vehemẽs lupus, et sibi, & hosti
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
Præsidium regale loco deiecit (vt aiunt,)
Summè munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honestis:
Accipit, & bis dena super sestertia nummûm.
Fortè sub hoc tempus castellum euertere prætor
Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoq; possint addere mentem:
Bone, quò virtus tua te vocat: I pede fausto,
Grandia laturus meritorum præmia. quid stas?

Excepta, &c. id est, siquidem nullum tibi scrupulũ iniecerit fuga a me excepta, & quam præstare nolo.

Superiorem sermonem ad se, & ad Florum accommodat.

Luculli exercitus bello contra Mithridatem cùm inedia laboraret, quidam attẽtauit, satur non item. Alij hunc locum de certo aliquo milite accipiendum censent, cum quo se comparat Horatius: & videtur hoc esse verisimilius.

Post hæc ille cătus, Quantumuis rusticus, ibit,
Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Graiis quantùm nocuisset Achilles.
Adiecêre bonæ paulo plus artis Athenæ:
Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum:
Atque inter syluas Academi quærere verum.
Dura sed amouere loco me tempora grato:
Ciuilisque rudem belli tulit æstus in arma,
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primùm me dimisere Philippi,
Dicisti humilem pennis, inopémque paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax
Vt versus facerem. sed quod non desit habentem
*Quæ poterunt vnquàm satis expurgare *cicutæ,*
Nil melius dormire putẽ, quàm scribere versus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum:
Tendunt extorquere poëmata. quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur, amántque:
Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis:
Ille Bionæis sermonibus, & sale nigro.
Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multùm diuersa palato.
Quid dem? quid nõ dẽrenuis tu, quod iubet alter?
Quod petis, id sanè est inuisum, acidumq́, duobus.
Præter cætera me Rómæne poëmata censes
Scribere posse, inter tot curas, totq́ue labores?
Hic sponsum vocat: hic auditum scripta, relictis

Omnibus

Qui Zonam: prouerbium, in hominem pecuniæ inanem, natum a veteri militũ consuetudine, qui nummos in zona portabant.

Romæ Iliada didicit Horatius.

Imitari se velle dicit illius militis Luculli institutum.

Inuit se inopia rei familiaris coactũ scribere versus, quod facere nolit, postquam nactus est, vnde viuat.

*al. amouere.

*al. Lamb. cẽset legendum cicyæ, vt cucurbitas significent, quæ corporibus admouẽtur, ad vitiosum sanguinem eliciendum.

Bion ser. satyra & mordacitate, cuiusmodi fuit Bionis, qui poetas atro-

Omnibus officijs: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino: visendus vtérque.
Interualla vides humanè commoda, verùm
Puræ sunt plateæ, nil vt meditantibus obstet.
Festinat calidus mulis, gerulísque redemptor:
Torquet nunc lapidem, nũc ingens machina tignũ:
Tristia robustis luctantur funera plaustris:
Hac rabiosa fugit canis, hàc lutulenta ruit sus.
*I nunc, & versus tecum meditare canoros.
Scriptorũ chorus oĩs amat nemus: & fugit vrbeis
Rite cliens Bacchi somno gaudentis, & vmbra.
Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos
Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum?
Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas:
Et studijs annos septem dedit, insenuítque
Libris, & curis: statua taciturnius exit
Plerunque: & risu populum quatit. hic ego rerum,
Fluctibus in medijs, & tempestatibus vrbis
Verba lyræ motura sonum connectere digner?
Frater erat Romæ consulti rhetor: vt alter
Alterius sermone meros audiret honores:
Gracchus vt hic illi foret, hinc vt Mucius ille.
Qui minus argutos vexat furor iste poëtas?
Carmina compono: hic elegos: mirabile visu,
Cælatúmque nouem musis opus. aspice primùm,
Quanto cum fastu, quanto molimine circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, si fortè vacas, sequere, & procul audi,
Qui ferat: & quare sibi nectat vterque coronam.

cissimè insectatus est, vt ne Homero quidem ipsi pepercerit. Similitudine a conuiuis sumpta, iudicij hominum de poëtis varietatem ostendit.

Poëtę solitudinẽ quęrunt, & celebritatem fugiunt.

Si Athenis septem totis annis quidã parum proficiunt, quid Romę futurum censes?

Quum deest laudator, poetę se mutuò laudant, vt hi duo fratres.

Aedem Apollinis, & bibliothecam ei adiũctam, Musis consecratã ab Augusto, in qua recitabantur poëmata Latina.

Cædimur: & totidem plagis consumimus hostem
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Discedo Alcæus puncto illius: ille meo, quis?
Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
Fit Mimnermus, & optiuo cognomine crescit.
Multa fero, vt placem genus iritabile vatum,
Cum scribo, & supplex populi suffragia capto.
Idem finitis studijs, & mente recepta,
Obturem patulas impunè legentibus aures.
Ridentur, mala qui componunt carmina: verùm
Gaudent scribentes, & se venerantur, & vltro
(Si taceas) laudant, quicquid scripsere, beati.
At, qui legitimum cupiet fecisse poema,
Cum talibus animum censoris sumet honesti:
Audebit, quæcunque parum splendoris habebunt
Et sine pondere erunt, & honore indigna ferentur
Verba, mouere loco, quamuis inuita recedant:
Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.
Obscurata diu populo, bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
Quæ priscis memorata Catonibus, atq; Cethegis
Nunc situs informis premit, & deserta vetustas.
Adsciscet noua, quæ genitor produxerit vsus
Vehemens, & liquidus, puróque simillimus amni,
Fundet opes, Latiúmque beabit diuite lingua:
Luxuriantia compescet: nimis aspera sano
Leuabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis speciem dabit, & torquebitur: vt, qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.

Samnites, gladiatorũ emis. Hic Lyricum Alcæum me vocat, vt vicissim Callimachus audiat elegiæ princeps.

Poetarum philautia.

Quid bonum poetam facere conueniat.

Pen. Vestæ, hoc est, fixa penitissimo animo.

Genitor vsus dicitur: quia frustra noua cuduntur verba, nisi vsus ea comprobauerit.

Ludent spe. Suum cuique affinget, pro personæ decoro.

Prætulerim

Fabula subindicat non esse sanos, qui nolint agnoscere errores suos, & illos castigare, etiamsi alioqui sint non mali.

Optimum, quæ vitæ integritatem præstant, ea maximè sequi.

Duplici similitudine docet, nimium pecuniæ studium esse fugiendum.

Quorsum opus diuitijs, quæ neque satiãt, neque sapientiorem reddũt quẽquam.

At, si diuitiæ prudentem reddere possent:
Si cupidum, timidúmque minus te: nempe rubet
Viueret in terris te si quis auarior vno.

Si ppriũ est, quod quis libra mercatus, & ære
Quædam (si credis consultis) mancipat vsus:
Qui te pascit ager, tuus est: & villicus Orbi,
Cùm segetes occat, tibi mox frumenta daturus,
Te dominum sentit. das nummos: accipis vuam,
Pullos, ouа, cadum temeti: nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum, fortassе trecentis,
Aut etiam suprà nummorum millibus empto.
Quid refert viuas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam, Veientis & arui,
Emptum cœnat olus, quamuis aliter putat: emptor
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Sed vocat vsque suum, quà populus adsita certis
Limitibus vicina refugit iurgia: tanquam
Sit, proprium cuiquam, punctо quod mobilis horа
Nũc prece, nũc pretio, nunc vi, nũc sorte suprema
Permutet dominos: & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vsus, & hæres
Hæredem alterius, velut vnda supervenit vndam,
Quid vici prosunt, aut horrea? quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? si metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestеis Getulo murice tinctas,
Sunt, qui non habeant: est, qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare, & ludere, & vngi

Nõ refert an victum tibi ex agro petas, an in diẽ compares, quãdo semel in summa pretium dederis.

Nihil proprium, quod nõ perpetuũ, sed cũ nihil perpetuum esse possit, stultã est magna velle possidere.

Quatuor alienationum genera hoc loco recẽsẽt.

Indicat ita dissimilia esse hominum ingenia, vt gemini fratres etiam diuersis studijs incumbant.

Prose

Preferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Dives, & importunus, ad vmbram lucis ab ortu,
Silvestrem flammis, & ferro mitiget agrum:
Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum
Quodque caput: vultu mutabilis, albus, & ater.
Vtar: & ex modico, quantum res poscet, aceruo
Iolam: nec metuam, quid de me iudicet hæres,
Quod non plura datis inuenerit. & tamen idem
Scire volam, quantùm simplex, hilarísque nepoti
Discrepet: & quantùm discordet parcus auaro.
Distat enim, spargas tua prodigus, an neq; sumptũ
Inuitus facias, neque plura parare labores:
Ac potiùs, puer vt festis Quinquatribus, olim
Exiguo, gratóque fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda domus procul absit. ego, vtrũ
Naue ferar magna, an parua, ferar vnus, & idem.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris.
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis vsque priores.
Non es auarus: abi.* quid? cætera? num simul isto
Cum vitio fugêre? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, portentáque Thessala rides?
Nataleis gratè numeras? ignoscis amicis?
Lenior, & melior fis accedente senecta?
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna?

Incertũ, quę sit ingeniorũ varietatis causa.

Quo genere vitæ ad felicitatem quis vtatur.

Vt puer perferias, dum licet, non cessat ludere, sic dum viuis, suauiter fac viuas.

In rebus mediocritas optima.

*al. quid? cætera iam simul isto, &c. Non satis si vno aut altero vitio careas: inculpatus sis necesse est, aut meliori cedas.

Natales, alij exponunt de generis autoribus, quorũ multos pudet: alij de ętate, de qua ingrauescente non libenter cogitamus.

Viuere

Viuere si rectè nescis, decede peritis.
Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti:
Tempus abire tibi est, ne potum largius aquo
Rideat, & pulset lasciua decentius ætas.

Q. HORATII FLACCI
Epistolarum finis.

Q. HORATII FLACCI SERMONVM Liber Primus.

SATYRA PRIMA.

Exordium ab abrupto: vnú quemque suę conditionis pœnitere, multis argumentis probat: hinc auaritiam insectatur.

QVi fit, Mecœnas, vt nemo
quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors
iecerit, illa
Contentus viuat? laudet
ucrsa sequenteis?
O fortunati mercatores,
grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauim iactantibus Austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris legúmque peritus,
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
Ille, datis vadibus qui rure extractus in vrbē
Solos felices viuentes clamat in vrbe.

Satyricè per digressionem

Cætera de genere hoc (adeo sunt multa) loqua-

Delas-

perstringit Fabij Narbonensis Stoici contētiosam loquacitatē.

Delassare valent Fabium. ne te morer, audi
Quàm deducam. si quis deus, En ego, dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu consultus, modò rusticus: hinc vos
Vos hinc mutatis discedite partibus. eia,
Quid statis? nolint. at qui licet esse beatis.
Quid causæ est? meritò quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet? neque se fore posthac
Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?
Prætrea, ne sic, vt, qui iocularia, ridens
Percurram (quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima)
Sed tamen amoto quæramus seria ludo
Ille grauem duro terram qui vertit aratro:
Mercibus hic extis, miles, nautæq; per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sustinet ferre. senes vt in otia tuta recedant,
Quærunt, cùm sibi sint congesta cibaria: sicut
Parua (nam exēplo est) magni formica laboris,
Quæ trahit quodcunque potest, atq; addit aceruo,
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ simul inuerso contristat Aquarius annō:
Non vsquam prorepit: & illis vtitur antè
Quæsitis sapiens: cùm te neque feruidus æstus
Demoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum,
Nosse libet tibi, dum ne sit te ditior alter.
Quid iuuat immensum te argēti pondus, et auri
Furtim defossa timidum deponere terrā?

Capto, inquit, auditorem iocis, vt ut pædagogi pueros blanditijs, ne principio fastidium alienentur animi.

Auaritiæ prætextus a formicæ exemplo, & honesti specie.

Aquarium sol ingreditur mense Ianuario.

*al. patiens sed corruptè.

Quòd

Quod si com. Responsio auari, qui ait non attingere se pecuniam, ne quid decedat de summa.

* alij quod legunt sine accentu; & fortasse rectiùs.

At suaue: rursus ἀνθυποφορὰ.

Allegoricè habendi cupiditatem periculosam innuit.

Quid. Sunt qui Timonē μισάνθρωπον notari putent.

Tantali fabula quid sibi velit.

*Quòd si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulchri cōstructus aceru
Millia frumenti tua triuerit area centum:
Non tuus hoc capiet venter plus quàm meus: vt
Reticulum panis venaleis inter onusto
Fortè vehas humero: nihilo plus accipias, quàm
Qui nil portarit. vel dic, quid referat intra
Naturæ fineis viuenti, iugera centum, an
Mille aret. at suaue est ex magno tollere acer
Dū ex paruo nobis tantundem haurire relinqu
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Vt, tibi si sit opus liquidi non amplius vrna,
Vel cyatho: & dicas magno de flumine mallem,
Quàm ex hoc fonticulo tantundem sumere, eo
Plenior vt si quos delectet copia iusto,
Cum ripa simul auulsos ferat Aufidus acer.
At, qui tantulo eget, quanto est opus, is neque li
Turbatā haurit aquā, neq; vitā amittit in vndi
At bona pars hominum decepta cupidine fal
Nil satis est, inquit: quia tanti, quantū habeas,
Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter,
Quatenus id facit. vt quidā memoratur Ashe
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces
Sic solitus: populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina, quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
Indormis inhians: & tanquam parcere sacris

Cogen

...ris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
...ti* quid valeat nummus: quē præbeat vsum?
...ematur, olus, vini sextarius: adde
...is humana sibi doleat natura negatis.
...vigilare metu exanimem: noctésque, diésque,
...idare malos fures, incendia, seruos
...e compilent fugientes: hoc iuuat? horum
...per ego optarim pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit tentatum frigore corpus:
...ut alius casus lecto te* affixit: habes, qui
...deat, fomenta paret, medicum roget, vt te
...scitet, ac reddat natis, charisq́ propinquis.
...n vxor saluum te vult, non filius: omnes
...ini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
...raris, cum tu argento post omnia ponas:
...nemo præstet, quem non merearis, amorem?
At si cognatos, nullo natura labore
...us tibi dat, retinere velis, seruaréque amicos:
...felix operam perdas: vt si quis asellum
...campum doceat parentem currere frenis.
Deniq́ sit finis quærendi* quoque habeat plus,
...uperiem metuas minus: & finire laborem
...cipias, parto quod auebas: nec facias, quod
...midius quidam (non longa est fabula) diues,
...t metiretur nummos: ita sordidus, vt se
...n vnquam seruo meliùs vestiret: ad vsque
...premum tempus, ne se penuria victus
...primeret, metuebat: at hunc liberta securi
...isit medium, fortissima Tyndaridarum.

*al. quò.

Adde ea, quibus natura humana sine dolore carere non possit.

Ironia: vult enim auarū, & sordidum hominem omnibus suis inuisum esse, tametsi diues sit.

*al. afflixit.

Ne vxor quidē, & filius, quibus charissimus esse debes, te saluū exoptant.

*.al. cúmque, vt Lamb.

Cum tantum corraseris quantum volebas, desine tādē metuere, ne quid desit, ne tibi contingat, quod Vmidio a liberta.

Tyndaridarū fortissima, i. quasi altera Clytēnestra.

*al. Mænius. Differt Eunuchus Tanais libertus Mecœnatis ab hermiolo Viselli socero.

Quid mi igitur suades? vt viuã Neuius? aut
Vt Nomentanus? pergis pugnantia secum
Frontibus aduersis componere? non ego, auarus
Cum veto te fieri, vappam iubeo, ac nebulonem.
Est inter Tanaim quiddam, socerumq; Viselli.
Est modus in rebus: sunt certi denique fines,
Quos vltra, citráque nequit consistere rectum.
Illuc, vnde abij, redeo: nemon' vt auarus

Itáne fieri oportet, vt nemo auarus se satis vnquam beatũ putet?

Se probet, ac potiùs laudet diuersa sequentes?
Quodq; aliena capella gerat distentius vber,
Tabescat: neque se maiori pauperiorum
Turba cõparet? hunc atq; hunc superare laborat.

Qui semper ditiores volũt superare, faciunt quod aurigę, qui in cursu neglectis ijs quos iam præuenerunt, in victores toti feruntur.

Sic festinanti semper, locupletior obstat:
Vt, cùm carceribus missos rapit vngula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit vt rarò, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, vti conuiua satur, reperire queamus.
Iam satis est: ne me Crispini scrinia Lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

SATYRA II.

Crispinus philosophus Stoicus, qui scripsit versus numero multos, pondere autem leues.

Tigellij Hermogenis poetæ liberalissimi in suos compotores meminit & Satyra. 3.

Ambubaiarum collegia, pharmacopola,
Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne
Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contrà hic, ne prodigus esse
Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, duramq; famem depellere possit.
Hunc si perconteris, aui cur, atque parentis

Præclar-

...lam ingrata ſtringat malus ingluuie rem,
...conductis coëmens obſonia nummis:
...lus, atque animi quòd parui nolit haberi,
...det, laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fuſidius vappæ famam timet, ac nebulonis,
...us agris, diues poſitis in fœnore nummis.
...hic capiti mercedes exigit: atque
...to perditior quiſque eſt, tanto acriùs vrget.
...ma ſectatur modò ſumpta veſte virili
...patribus duris, tironum maxime, quis non,
...iter, exclamet, ſimulatque audiuit? at ipſe
...queſtu ſumptum facit. Hic, vix credere poſſis,
...um ſibi nõ ſit amicus: ita vt pater ille Terenti,
...ula, quem miſerum nato vixiſſe fugato
...ducit, non ſe peius cruciauerit, atque hic.
...quis nunc quærat, quò res hæc pertinet? illuc:
...m vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demiſſis ambulat: eſt, qui
...uen ad obſcœnum ſubductis vſque facetus.
...ſillas Rufillus olet: Gorgonius hircum.
...l medium eſt. ſunt, qui nolũt tetigiſſe, niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.
Contrà, alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice: macte
Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis.
Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido:
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere vxores, nolim laudarier, inquit,
...ic me, mirator cunni Cupiennius albi.

Fuſidij contrarium cum ſuperiori vitium.

*al. exſecat, vt Steph. & Lamb.

At ipſe anthypophora. Menedemus in Heaut.

Malth. Non deſunt qui hic Mecœnatem notari ſuſpicentur, qui μαλακὸς, & delicatus fuerit.

Distichon Ennianum.

Audire est operæpretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis, vt omni parte laborem
Vtque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.

Mœchorum calamitas.

Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem
Prædonũ in turbam: dedit hic pro corpore nũmos
Hunc peruinxerunt calones: quin etiam illud
*Accidit, vt * quidam testeis, caudámque salacem*
*Demeteret * ferro. iure omnes: Galba negabat.*

* al. cuidam. * al. ferrũ: sic vtrunque legit Steph. & Lamb.

Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico: Sallustius in quas
Non minus insanit, quàm qui mœchatur at hic
Quàres, quà ratio suaderet, quaq; modestè
Munificum esse licet, vellet bonus, atq; benignus
Esse: daret quantum satis esset: nec sibi damno,
Dedecoriq; foret: verùm hoc se amplectitur vno
Hoc amat, & laudat, matronam nullam ego tango.

Sallustij in libertinas infamis liberalitas.

Origo nobile scortorum.

Vt quondam Marsæus amator Originis, illæ
Qui patrium mimæ donat fundúmque, larémque
Nil fuerit mi, inquit, cũ vxoribus vnquã aliis.

Diuitum grauias accipit fama, quàm facultates.

Verùm est cum mimis, est cum meretricibus: vxor
Fama malũ grauius, quàm res trahit. an tibi alia
Personam satis est, non illud, quicquid vbiq;

Vitãdi quod turpe est etiã quauis occasione.

Officit, euitare? bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malũ est vbicũq; quidem.
Est, in matrona, ancilla, peccé sue togata?

Antonius Milo Faustę Syllę maritus

Villius in Fausta Syllæ gener, hoc miser vno
Nomine deceptus, pœnas dedit vsque, superq;

Quin

satis est, pugnis cæsus, ferróque petitus,
fore, cum Longarenus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta videntis
hæc animus: Quid vis tibi? nũquid ego à
prognatum deposco consule cunnum, (te
stola, mea cum conferbuit ira?
responderet? Magno patre nata puella est.
quanto meliora monet, pugnantiaq́ istis,
opis natura suæ: tu si modo recte
pensare velis: ac non fugienda petendis
scere? tuo vitio, rerúmne, labores,
referre putas? quare, ne pœniteat te,
matronas sectarier: vnde laboris
haurire mali est, quã ex re decerpere fructus.
magis huic inter niueos, virideisq́ lapillos,*
licet hoc Chærinte tuũ) tenerũ est femur, aut
atq́ etiam melius persæpe togatæ. (crus
Adde huc, quòd mercem sine fusis gestat apertè
venale habet, ostẽdit: nec, si quid honesti est,
habétque palàm: quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos est, vbi equos mercãtur, opertos
ciunt, ne, si facies (vt sæpe) decoro
fulta pede est emptorem inducat hiantem.
pulchræ clunes, breue qd caput, ardua ceruix.
illi rectè: ne corporis optima Lynceis
templere oculis, Hypsæa cæcior, illa
mala sunt spectes: ô crus, ô brachia: verùm
pygis, nasuta, breui latere, ac pede longo est.
matronæ, præter faciem, nil cernere possis,

cęsus est a riuali Longareno ne se in αὐτοφώρῳ deprehenderet.

Potentiorum affinitas, nihilo felicior priuatorum conditione.

Simplex, ac non fucata commendatur.

In fœmina, vt in equis, non tam forma, quam integritas spectanda.

Noli cæcutire in ijs, quæ maximè ad rem faciunt.

Catia matrona vrbanè hic ab Horatio notatur, quòd preter decorum vestitu breuissimo vteretur, vt crurũ pulchritudinem ostentaret.

Cætera, mi Catia est, demissa veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circundata (nam te
Hoc facit insanum) multa tibi tum officient res:
Custodes, lectica, cinisiones, parasitæ,
Ad talos stola demissa, & circundata palla:
Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem.
Altera nil obstat Cois tibi: pene videre est,
Vt nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculo latus: an tibi mauis

Ciniflo. Cinerarij, qui calamistris crines inurũt.

Insidias fieri, pretiúmque auellier antè,
Quam mercem ostendit? Leporem venator vt ab
In nive sectatur: positum sic tangere nolit:

*Lambinus captat legendum censet.

**Cantat, & opponit: meum est amor huic similis,*
Transuolat in medio posita, & fugientia captat.
Hisce ne versiculis speras tibi posse dolores,
Atque æstus, curásque graues e pectore pelli?
Nónne cupidinibus statuit natura modum? quæ
Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Quærere plus prodest? & mane abscindere soll

Inductione probat, cupiditates non necessarias resecandas esse.

Num, tibi cum fauces vrit sitis, aurea quæ
Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter
Pauonẽ, rhombumq; ? tumẽt tibi cum inguina, nis
Ancilla, aut verna est præsto puer, impetus in q
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Nõ ego. Nanq; parabilem amo Venerem, facile
Illam, post paulo: sed pluris: si exierit vir:
Gallis hanc Philodemus ait, sibi, quæ neque ma

Philodemus Epicuræus philosophus.

Stet pretio, neque cunctetur, cùm est iussa, ven
Candida, rectaq; sit: mũda hactenus, vt neq; lo

Nec magis alba velit, quàm det natura, videri.
Hæc vbi suppositum dextro corpus mihi læuum,
Vna, & Ægeria est: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne, dum futuo, vir rure recurrat:
Ianua frangatur: latret canis: vndique magno
Pulsa domus strepitu resonet: * vel pallida lecto
Desiliat mulier: miseram se conscia clamet:
Cruribus hæc metuat, doti deprensa: ego met mi.
Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miserum est: Fabio vel iudice vincam.

Quanta aduersitero incommoda subeũda.

*Lambi. vepallida, legit, vt significet valde, & misere pallida.

Fabio: qui fortasse fuit aliquando deprehensus. Notat eos qui cũ vitijs non obscuris scateant, in aliena tamen erratula sint nimium morosi.

SATYRA III.

OMnibus hoc vitiũ est cantoribus, inter amicos
Vt nunquã inducant animum cantare, rogati,
Iniussi nunquam desistant. Sardus habebat:
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quicquam proficeret, si collibuisset, ab ouo
Vsque ad mala citaret, Iô Bacche, modò summa
Voce, * modò hac, resonat quæ chordis quattuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut, qui
Currebat, fugiens hostem: persæpe velut, qui
Iunonis sacra ferret. habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem seruos: modò reges, atque tetrarchas,
Omnia magna loquẽs: modò, Sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus
Quamuis crassa queat. Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis: noctes vigilabat ad ipsum

*al. modò hac resonãs, quæ, &c. Tigelli mores verè poetici & a musicis nostris non multùm abhorrentes. Puri: vel quòd res puras, & incorruptas conseruet: vel potuit pro mero, & simplice, vt sal purus & merus in obsonij loco sit.

Mane: diem totum ſtertebat. nil fuit vnquam
Sic impar ſibi. nũc aliquis dicat mihi, Quid tu?
Nullane habes vitia? imo alia, haud fortaſſe mi
**Mæuium abſentẽ Nouiũ cũ carperet: Heus*
(Quidam aut) ignoras te? an vt ignotũ dare no
Verba putas? Egomet mi ignoſco, Mæuius inqu
Stultus, & improbus hic amor eſt, dignuſq; not
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutũ, (cont
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? at
Euenit, inquirant vitia vt tua rurſus & illi.
Iracundior eſt paulo, minùs aptus acutis
Naribus horum hominum, rideri poſſit, eò quòd
Ruſticius tonſo toga deſluit: & male laxus
In pede calceus hæret. at eſt bonus, vt melior vi
Non alius quiſq;: at tibi amicus: at ingeniũ inq
Inculto latet hoc ſub corpore, denique teipſum
*Concute, *num tibi quid vitiorum inſeuerit olim*
Natura, aut etiam conſuetudo mala, namque
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.
Illuc prauertamur, amatorem quòd amici
Turpia decipiunt cæcum vitia: aut etiam ipſa
Delectant: veluti Balbinum polypus Agas.
Vellem in amicitia ſic erraremus: & iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater vt gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire, ſtrabonem
Appellat pætum pater: & pullum, malè parvum
Si cui filius eſt, vt abortivus fuit olim

*al. Mænius. Mæuij poetæ intolerabilis philautia: fortaſſe eundem ſignificat, quem Virg. in Bucol.

Cęſar, quem notari putãt, laxa toga, & imperito tõſore vtebatur.

* Lamb. & Steph. ſic legunt: nũquã ſi bi vitior, &c.

*Allegoria de vitijs, quę innaſcuntur animis doctrina nõ excultis.

Vt amator non offenditur amicæ ſuæ vitijs, ſic in amicitia leuiora iuuat ferenda.

Abortiũ. M. Antonij filius mirę brevitatis.

Sisyphus, hunc varum, distortis cruribus: illum
Balutit scaurum, pravis fultum malè talis.
Parcius hic vivit? frugi dicatur ineptus,
Iactantior hic paulo est? concinnus amicis
Postulat ut videatur. at est truculentior, atque
Plus aequo liber? simplex, fortisque habeatur.
Caldior est? acreis inter numeretur. opinor,
Haeres & iungit, iunctos & servat amicos.
At nos virtutes ipsas invertimus: atque
Sincerum cupimus vas incrustare. probus quis
Nobiscum vivit? multùm demissus homo. illi
Tardo cognomen * pingui damus, hic fugit omneis
Insidias, nullique malo latus obdit apertum?
(Cum genus hoc inter vitæ versetur, ubi acris
Invidia, atque vigent ubi crimina) pro bene sano,
Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus.
*Simplicior si quis (qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas) vt fortè legentem
Aut tacitum * impellat, quouis sermone molestus:
Communi sensu planè caret, inquimus. eheu
Quàm temerè in nosmet legem sancimus iniquam.
Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis vrgetur. amicus dulcis, vt æquum est,
Cum mea compenset vitijs bona, pluribus hisce,
(Si modò plura mihi bona sunt) inclinet, amari
Si volet. hac lege in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscat verrucis illius. æquum est
Peccatis veniam poscenti, reddere rursus.

Quomodo amicorum vitia verbis sint extenuanda.

Quod amicitiæ vinculum.

Nos malignè interdum & in peius interpretamur etiam virtutes ipsas. *al. pinguis.

Simplicem bardum & stupidum vocamus. *al. Simplicior quis at est? sic legit Lambi. *al. appellet.

Quisquis ignosci vult, aliorum vi ijs ignoscat oportet.

Vitia amici si penitus non possunt tolli: certè sunt excusanda.

Denique, quatinus excidi penitus vitium ira,
Cætera item nequeunt stultis hærentia: cur non
Ponderibus, modulisque suis ratio vitiur? ac, res
Vt quæque est, ita supplicijs delicta coercet?
Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus

Labeone Antisto, qui liberè in Augustum inuectus est.

Semesos pisceis, tepidúmque liguerit ius,
In cruce suffigat: Labeone insanior, inter
Sanos dicatur. quanto hoc furiosius, atque
Maius peccatum est? paulum deliquit amicus:
Quod nisi concedas, habeare insuauis: acerbus,

Druso fœnerator insignis, debitores contumeliosissimis verbis incessebat.

Odisti: & fugis, vt Drusonem debitor æris:
Qui, nisi cum tristes misero venere calendæ,
Mercedē, aut nūmos vnde vnde extricat: amarus,
Porrecto iugulo, historias, captiuus vt, audit.
Commūxit lectum potus: mensáue catillum
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem
Aut, positum antè mea quia pullū in parte catini,
Sustulit esuriens: minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? quid faciam, si furtum fecerit? aut si
Prodiderit commissa fide, sponsúmue negarit?
Quæis paria esse ferè placuit peccata, laborant,

Stoicos taxat, qui vitia esse paria volunt, cum sibi non possint constare.

Cum ventū ad verū est: sensus, moresq; repugnat,
Atque ipsa vtilitas. iusti prope mater, & æqui,
Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutū, & turpe pecus, glandē, atq; cubilia propter,

Probat iustitiam ab vtilitate exortā, non natura.

Vnguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ pòst fabricauerat vsus:
Donec verba, quibus voces, sensúsque notarent,
Nominaque inuenere, dehinc absistere bella,

Oppi-

Oppida cœperunt munire, & ponere leges:
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus deterrima belli
Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi:
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus æditior cædebat: vt in grege taurus.
Jura inuenta metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si, fastósque velis euoluere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis:
Nec vincet ratio hoc, tātundē vt peccet, idémque
Qui teneros caulis alieni fregerit horti:
Et qui nocturnus diuum sacra legerit. adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne scutica dignum, horribili sectere flagello.
Nam, vt ferula cædas meritum maiora subire
Verbera, non vereor: cum dicas esse pareis res
Furta latrocinijs, & magnis pœna mineris
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. Si diues, qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, & est rex:
Cur optas, quod habes? non nosti quid pater, inquit,
Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit: sutor tamen est sapiens. quòd?
Vt quamuis tacet Hermogenes: cātor tamen, atq;
Optimus est modulator: vt Alfenus Vafer, omni
Abiecto instrumento artis, clausáque taberna,
Sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex: sic rex solus. vellunt tibi barbam

Multa bella gesta propter fœminas, etiam si nobis ignota.

A dissimili probat nihil esse iustū, aut iniustum natura: sed hæc sola vtilitate distingui.

Si peccata essent paria, & pœnæ pares infligi deberēt. quod absurdum est.

Si sapiens, vt ais, et tamsi sutor sit, solus sit rex, cui regna optas?

Alfenus Vafer, relicta sutrina Romā profectus, Sulpitio præceptore vsus, ad consulatū euectus est.

Lasciui

Lasciui pueri, quos tu nisi fuste coërces,
Vrgeris turba circum te stante, miserque
Rumperis, & latras magnorum maxime regum,
Ne longum faciam, dum tu quadrante lauatum
Rex ibis: neque te quisquam stipator, ineptum
Praeter Crispinum, sectabitur: & mihi dulces
Ignoscent, si quid peccauero stultus, amici:
Inq; vicem illorum patiar delicta libenter,
Priuatúsque magis viuam te rege beatus.

SATYRA IIII.

Respondet iijs, qui se nimis mordacẽ dixerant, atque primùm satyræ originem ostẽdit. Significat satyram, cuius inuentor fuit Lucilius, veteris comœdiæ locũ occupasse.

EVpolis, atq; Cratinus, Aristophanésq; poëtæ,
Atq; alij, quorũ comœdia prisca virorum est:
Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus:
Mutatis tantùm pedibus, numeris q; facetus:
Emunctæ naris, durus componere versus.
Nam fuit hoc vitiosus: in hora sæpe ducentos
Vt magnum, versus dictabat stans pede in vno:
Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles,
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem:
Scribendi rectè: nam vt multum, nil moror. ecce
Crispinus minimo me prouocat: accipe, si vis,
** Accipe iam tabulas, detur nobis locus, hora,*
Custodes: videamus vter plus scribere possit.
Dij bene fecerunt, inopis me, quódque pusilli
Finxerunt animi, raro, & perpauca loquentem.
At tu conclusas hircinis follibus auras

Quintilianus Horatio hoc loco non assentitur: nam eruditionem in Lucilio & salem miratur.

* al. accipiam tabulas.

Horat. dejecti animi & taciturnus.

Vsq;

Vsque laborantes, dum ferrum molliat ignis,
Vmauis, imitare beatus Fannius vltrò
Delatis capsis, & imagine: cum mea nemo
Scripta legat, vulgò recitare timentis, ob hãc rem
Quod sunt, quos genus hoc minimè iuuat, vt pote
Culpari dignos: quẽuis media erue turba: (plures
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære:
Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet vt rem.
Omnes hi metuunt versus: odêre poëtas.
Fœnum habet in cornu: longè fuge. dũmodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et quodcunque semel chartis illeuerit, omneis
Gestiet a furno redeunteis scire, lacuq;,
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe contrà.
Primũ ego me illorũ, dederim quibus esse poëtas,
Excerpam numero: neq; enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum: des nominis huius honorem.
Iccirco quidam, Comœdia, nécne poema
Esset, quæsiuere, quòd acer spiritus, ac vis,
Nec verbis, nec rebus inest: nisi quod pede certo
Differt sermoni, sermo merus, aut pater ardens

Satyras suas non placere vulgo ait, ob libertatem, cũ bona pars vitio laboret quopiam.

Verba eorum qui perstringi metuunt. Fœnum: prouerbium natum a bobus qui cornu petunt. quorum cornibus Romani fœnum appendebãt, vt ab eis cauerent homines.

Cur se Horatius poëtam neget.

Controuersia de comœdia. Quamuis comœdia videtur aliquã-

Sauit,

do assurgere, tamen idem faceret quiuis iratus pater, quod in comœdia.

Sauit, quod meretrice nepos insanit amicæ
Filius, vxorem grandi cum dote recusat:
Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulat ante
Noctem cum facibus. nunquid Pomponius istis
Audiret leuiora, pater si viueret? ergo
Non satis est puris versum prescribere verbis:
Quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodem,
Quo personatus pacto pater, his ego quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa, modosq́, & quod prius ordine ver-
Posterius facias, præponens vltima primis: (bũ e
Non, vt si soluas, postquam discordia tetra
Belli ferratos postheis, portásque refregit:
Inuenias etiam disiecti membra poëtæ.
Hactenus hæc, aliàs iustum sit, nec ne, poema.
Nunc illud tantùm quæram, meritò ne tibi sis
Suspectum genus hoc scribendi, Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci male, cumq́, libelli
Magnus vterq́ timor latronibus: at, bene si quis
Et puris viuat manibus, contemnat vtrumque.
Vt sis tu similis Cœli, Birrhique latronum,
Non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos,
Queis man⁹ insudet vulgi, Hermogenisq́, Tigel
Non recito cuiquam, nisi amicis, idq́ coactus:
Non vbiuis, coramue quibuslibet, in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi: quique lauantes
Suaue locus voci resonat conclusus maneis
Hoc iuuat, haud illud quærentes, num sine sens

Si dissoluas versus Lucilij & meos, planè erit sermo vulgaris.

Sulcius, & Caprius, accusatores acerrimi.

Libellis: in quibus descripta sunt malificorum nomina, & crimina.

Cur metuas me, etiamsi malus sis, cũ non sim delator. Vt Caprius aut Sulcius.

Verba aduersarij.

Tem-

Tempore num faciant alieno, lædere gaudes,
Inquis: & hoc studio prauus facis: vnde petitum
Hoc in me iacis? est author quis denique eorum,
Vtri cum quibus? Absentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum, famámque dicacis:
Fingere qui non visa potest: commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hūc tu, Romane, caueto.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos:
E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos,
Præter eū, qui præbet aquā: post, hunc quoq; potus,
Condita cum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, liberq; videtur
Infesto nigris. ego, si risi, quod ineptus
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Lasidus, & mordax videor tibi? mentio si qua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
Tecoram fuerit: defendas, vt tuus est mos:
Me Capitolinus conuictore vsus, amicóque
A puero est: causaq; mea permulta rogatus
Fecit, & incolumis lætor quòd viuit in vrbe.
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit hic nigræ succus lolliginis: hæc est
Ærugo mera: quod vitiū procul abfore chartis,
Atque animo prius, vt, si quid promittere de me
Possum aliud, verè promitto: liberiùs si
Dixero quid, si forte iocosiùs: hoc mihi iuris
Cum venia dabis. *insuevit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notando.

Quis conuictorum testatur me maledicum, & virulentum? Niger est qui quemuis fugillat, non ego, qui vitia tātùm rideo. Verax, quia vino cuiusq; ingenium aperitur. Petillus cum capitolij ageret curā, sublatæ coronæ causam dixit, atque a Cęsare absolutus est.

Si paulo liberior sum, inquit, nō malignè, sed sincerè id ago, qui nimirum sic a patre institutus flagitia non æquo animo possim ferre. *insuevit pater optimus hoc mihi Lāb. censet legendum.

Cum

Cùm me hortaretur parcè, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipse parasset:
Non vides, Albi vt malè viuat filius? vtque
Barrus inops? magnũ documentum, ne patriã tu
Perdere quis velit, a turpi meretricis amore
Cum deterreret: Sectani dissimũlis sis.
Ne sequerer mœchas, concessa cum Venere vti
Possem: deprensi non bella est fama Treboni,
Aiebat, sapiens vitatu, quidq; petitu
Sit melius, causas reddet tibi: mi satis est, si
Traditum ab antiquis morem seruare, tuamq;
Dum custodis eges, vitam, famamq; tueri
Incolumem possim, simul ac durauerit ætas
Membra, animumq; tuũ: nabis sine cortice: sic
Formabat puerum dictis: & siue iubebat
Vt facerẽ quid: Habes authorem, quo faciu
Vnum ex iudicibus selectis obijciebat:
Siue vetabat, An hoc inhonestum, & vtile fa
Nè cne sit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic, atque ille? Auidos vicinum funus vt egru
Exanimat: mortis q; metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitijs. ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quæcunq; ferunt, mediocribus, & qu
Ignoscas, vitijs teneor. fortassis & istinc
Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus,
Consilium proprium. neq; enim, cũ lectulus, an
Porticus excepit, desum mihi: Rectiùs hoc est:
Hoc faciens, viuam melius: sic dulcis amicis,

Cum ad iustã ætatem perueneris, per te sapies citra monitoris operam.

Vt mors vicini absterret ægram a noxijs cibis, sic infamia aliena teneram ætatem.

Non negligo, quæ ad formandos mores meos pertinent: dicẽs apud me: Rectius, &c.

Occurra

Occurram: hoc quidam non bellè, nunquid ego illi
Imprudens olim faciam simile? Hæc ego mecum
Compressis agito labris: vbi quid datur otî,
Iudo chartis. hoc est mediocribus illis
Ex vitijs vnum, cui si concedere nolis,
Multa poëtarum veniat manus, *auxilio quæ
Sit mihi, nam multo plures sumus: ac, veluti te
Iudei cogemus in hanc concedere turbam.

SATYRA V.

EGressum magna, me excepit Aricia, Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus
Græcorum longè doctissimus: inde forum Appî
Differtum nautis, cauponibus atque malignis:
Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos,
Præcinctis vnum, minus est grauis Appia tardis.
Hic ego propter aquã, quòd erat deterrima, vẽtri
Indico bellum, cœnanteis haud animo æquo
Expectans comites. iam nox inducere terris
Vmbras, & cœlo diffundere signa parabat:
Tum pueri nautis, pueris conuicia nautæ
Ingerere. huc appelle. trecentos inseris: ohe
Iam satis est. dum æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora. mali culices, ranæq́ palustres
Auertunt somnos. absentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, atque viator
Certatim. tandem fessus dormire viator
Incipit: ac missæ pastum retinacula mulæ
Nauta piger saxo religat. stertitq́ supinus.
Iamque dies aderat, cum nil procedere lintrem

Ex persona sua docet, qua ratione quis seipso melior euadat.

*al. auxilióque.

Ridiculè poëtas cum Iudęis confert: significans tantam esse poëtarũ turbam, vt homines repugnãtes in suam sententiam pertrahere possint, vt Iudæi solent ad suã superstitionem.

Imitatur Lucilium qui a Roma ad frętum Siculum: ipse verò iter suum Brundusium vsque describit & comites suos.

Malignis: quia res eas, quas vendũt, maligna mensura metiri solent.

Huc appel. verba seruorum, & mox nautę dolentis, quód ingrediantur plures nauem quã satis sit.

Sentimus: donec cerebrosus prosilit vnus,
Ac mulæ, naútæque caput, lumbósque saligno
Fuste dolat. quarta vix demum exponimur hora
Ora, manúsque tua lauimus Feronia lympha.
Millia tum pransi tria repsimus, atque subimus*
Impositum saxis latè candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mecœnas optimus, atque
Cocceius, missi magnis de rebus vterque
Legati, auersos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. interea Mecœnas aduenit, atque
Cocceius, Capitóque simul Fonteius, ad vnguem
Factus homo, Antoni, non vt magis alter, amicus
Fundos Aufidio Lusco prætore libenter
Linquimus, insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam, & latum clauum, prunaque catillum*
In Mamurrarum lassi deinde vrbe manemus,
Murena præbente domum, Capitone culinam.
Postera lux oritur multò gratissima, namque
Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliúsque
Occurrunt: animæ, quales, neque candidiores
Terra tulit: neque queis me sit deuinctior alter,
O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo sanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & Parochi, quæ debent, ligna, salémque.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt,
Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliúsque
Nam pila lippis inimicum, & ludere crudis.

Feronia eadē quæ Iuno, Ioui Anxuris vxor, cuius meminit Virgilius Æneidos. 7.

*al. repimus.

Aufidius Fūdis e scriba magistratum gerebat.

*al. batillum. In Ma. Formijs, vnde ea familia oriūda erat.

Sinuessa oppidum Minturnis proximum.

Parochi a παρέχειν magistratus qui legatis salem & li-

Hinc nos coccei recipit plenissima villa,
Quæ super est Claudi cauponas. nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam, Messique Cicerri
Musa velim memores, & quo patre natus vterq;
Contulerit liteis. Messi clarum genus Osci:
Sarmenti domina extat: ab his maioribus orti
Ad pugnam venêre. prior Sarmentus: Equi
Esse feri similem dico. Ridemus: & ipse
Messius, Accipio: caput & mouet. O tua cornu
Si foret execto frons, inquit, quid faceres? cum
Sic mutilus minitaris? At illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerit oris.
Campanum in morbum, in faciẽ permulta iocatus
Pastorem saltaret vti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larua, aut Tragicis opus esse cothurnis.
Multa Cicerrus ad hæc: donasset iám ne catenam
Ex voto Laribus quærebat. scriba quòd esset,
Deterius: nihilo dominæ ius esse. rogabat
Denique cur vnquam fugisset: cui satis vna
Farris libra foret, gracili sic, tamq; pusillo.
Prorsus iucundè cœnam produximus illam.
Tendimus hinc rectâ Beneuẽtũ: vbi sedulus hospes
Penè arsit, macros dum turdos versat in igne:
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.
Conuiuas auidos cœnam, seruósque timenteis
Tum rapere, atq; omnes restinguere velle videres.
Incipit ex illo monteis Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus: & quos

gna suppeditabant.

Sarmenti serui meminit Iuuenalis: & Plutarchus in vita Antonij.

Messi clarũ, Ironia est. Osci enim omnium ferè Italiæ populorum turpissimi habebantur.

Vt ageret Polyphemum nihil esse opus persona, cum illi esset per omnia similis.

Seruiãn diurnum victum non plus se libra farris Romæ accipere solebãt.

Beneuentum vrbs Samnij.

Atabulus võtus Apuliam infestam reddẽs. sic dictus ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν, ab eo, quòd damnum inferat.

Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet lachrymoſo non ſine fumo,
Vdos cum foliis ramos vrente camino.
Hic ego mendacem ſtultiſſimus vſque puellam
Ad mediam noctem expecto. ſomnus tamẽ au
Lachrymoſo: id eſt, lachrymas excitante, ob acrimoniam ſuam.
Intentum Veneri: tum immundo ſemnia viſu,
Nocturnam veſtem maculant, ventrémq; ſup
Quatuor hinc rapimur, viginti & millia rhed
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt.
Quod verſu: Oppidum Equotutiũ vocatur, quod hexametro verſu non poteſt complecti.
Signis perfacilè eſt, venit viliſſima rerum
Hic aqua: ſed panis longò pulcherrimus, vtrò
Callidus vt ſoleat humeris portare viator.
Nam Canuſi lapidoſus: aquæ non ditior vrna,
Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim,
Flentibus hinc Varius diſcedit mœſtus amicis,
Rubi oppidũ vnde Virgilius Rubeam virgam deflexit
Inde Rubos feſſi peruenimus: vtpote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri,
Poſtera tempeſtas melior: via peior adúſque
Bari mœnia piſcoſi, dehinc Gnatia lymphis
Gnatiorum ſuperſtitionẽ riſimus, quibus perſuaſum eſt in ara ligna ſua ſpõte incendi.
Iratis extructa dedit riſúſque, iocóſque:
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſac
Perſuadere cupit: credat Iudæus apella:
Non ego. namq; deos didici ſecurum agere a
Nec, ſi quid miri faciat natura, deos id
Triſteis ex alto cœli demittere tecto.
Brunduſium longæ finis chartæq;, viæq;.

SATYRA VI.

Veram nobilitatem non generis, & stemmatum antiquitate, aut quauis alia re, sed sola virtute cõstare.

Seruij Tullij regis, sexti ex captiua nati.

Si populus alioqui stolidus notauerit Leuinum virum nobilissimum ob perditos mores, quid facient ij, qui nihil populare sapiunt? Decio, homini nouo, cuius maiores, non fuerunt ornati populi honoribus.

Pelle quiesl. tacitè alludit ad asilũ Cumanum.

NOnne, Mecœnas, Lydorũ quicquid Etruscos
Incolunt fineis, nemo generosior est te:
Nec quòd auus tibi maternus fuit, atq; paternus
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
Vt plerique solent, naso suspendis adunco
Omnes, vt me libertino patre natum.
Cum referre negas, qualis sit quisque parente
Natus, dum ingenuus. persuades hoc tibi verè,
*Inde potestatem * Tulli, atque ignobile regnum*
Multos sepe viros nullis maioribus ortus,
Vixisse probos, amplis & honoribus auctos.
Contrà Læuinum Valerij genus, vnde superbus
Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis
Non vnquam pretio pluris licuisse, notante
Iudice, quem nosti, populo: qui stultus honores
Saepe dat indignis, & famæ seruit ineptus:
Qui stupet in titulis, & imaginibus. quid oportet
Nos facere a vulgo longè, latéque remotos?
Namque esto, populus Læuino mallet honorem,
Quam Decio mandare nouo: censorá, moueret
Equum, ingenuo si non essem patre natus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minùs ignotos generosis. quò tibi Tulli
Hoc sumere depositum clauum, fieriq; tribunum?
Inuidia accreuit, priuato quæ minor esset.
Nam, vt quisq; insanus nigris mediũ impedijt crus
Pellibus, & latum demisit pectore clauum:
Audet cõtinuò, quis homo hic est? quo patre natus?

Quemadmodum qui formosus videri vult, omniū in se conuertit oculos: ita, qui magistratum ambit, cogit vt sciscitentur omnes de vita & genere suorum. al. vt cupiat.

Vt, si qui egrotet, quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formosus: eat quacunque puellis
Iniiciat curam quarendi singula: quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, ciueis, vrbem sibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum.
Quo patre sit natus, nū ignota matre inhonesta
Omneis mortales curare, & quærere cogit.
Túne Syri, Damæ, aut Dionysi filius audes
Deijcere e saxo ciueis? aut traxere Cadmo?
At Nouius collega gradu post me sedet vno.
Nāq, est ille, pater q̄ erat meus hoc tibi Paulus,
Et Messala videris, at hic si plaustra ducenta,
Concurrántque foro tria funera, magna sonabit
Cornua quod, vincat q̄, tubas: saltem tenet hoc me.

Deijcere e saxo: tribuni officio fungi, cuius iussu deijciuntur ciues è saxo Tarpeio, vel traduntur Cadmo, id est, carnifici. Cadmū enim carnificem quēdam volūt esse, quāquam alij legunt Catmo, id est, catenę. Non eadem ratione potest mihi aliquis inuidere tribunatum & amicitiam Mecœnatis, quæ non fortunæ fuit, sed virtutis commendatione. Infans pudor, qui fandi facultatem eripit.

Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc quia Mecœnas tibi sim connictor: at olim
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non vt forsan honoret
Iure mihi inuideat quiuis: ita te quoque amicum
Præsertim cautum dignos assumere, praua
Ambitione procul, felicem dicere non hoc
Me possum casu, quòd te sortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. optimus olim
Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.
Vt veni coram: singultim pauca loquutus,
(Infans namque pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre, non ego circum

Satureiano vectari rura caballo:
quod eram, narro. respondes (vt tuus est mos)
abeo: & reuocas nono pòst mense, iubésque
in amicorum numero. magnum hoc ego duco,
placui tibi, qui turpi secernis honestum,
patre præclaro, sed vita, & pectore puro.
qui si vitijs mediocribus, ac mea paucis
dosa est natura, alioqui recta: velut si
gio inspersos reprendas corpore nævos:
eque auaritiam, neque sordeis, ac mala lustra
ciet verè quisquam mihi: purus, & insons,
me collaudem) * si & viuo charus amicis:
ssa fuit pater his, qui macro pauper agello
luit in Faunî ludum me mittere: magni
pueri magnis e centurionibus orti,
uo suspensi loculos, tabulúmque lacerto,
nt octonis referentes Idibus æra.
puerum est ausus Romam portare docendum
rteis, quas doceat quiuis eques, atque senator
met prognatos: vestem, seruósque sequenteis
magno vt populo si quis vidisset: auita
re, præberi sumptus mihi crederet illos.
se mihi custos incorruptissimus omneis
cum doctores aderat. quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honos) seruauit ab omni
on solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi:
ec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
præco paruas, aut, vt fuit ipse, coactor (nunc
ercedes sequerer. neque ego essẽ quæstus. ob hoc

Satureiano caballo, pro optimo equo posuit. nam Satureiani sunt in Apulia fertilissimi agri.

*al. si vino, &c.

Si qua est in me virtus, si quæ integritas, id totum patri debetur, qui me sic a puero instituit.

Flauij: docentis artem numerandi, & calculos ponendi.

Patris laus, qui cum ob tenuitatem non posset alere mihi pędagogum ipse pædagogi munere fungebatur.

Coactores dicebantur publicanorũ ministri, qui vectigalia exigebant, item argentariorum ministri, qui in auctionibus pretia rerum venditarum exigebant.

Laus illi debetur, & a me gratia maior.
Nil me pœniteat ſanum patris huius, eóque
Non, vt magna dolo factum negat eſſe ſuo pars,
Quòd non ingenuos habeat, claróſque parentes:
Nolo me defendere, vt quidam, quibus obijcitur obſcuritas, quod vitio ſuo aut culpa factum ſit, vt a talibus naſcerentur. Cauſa cur priuatus eſſe voluit.
Sic me defendam. Longè mea diſcrepat iſtis
Et vox, & ratio. nam, ſi natura iuberet
A certis annis æuum remeare peractum:
Atq; alios legere ad faſtum quoſcunq; parentes
Optaret ſibi quiſque: meis contentus, honeſtis
Faſcibus, & ſellis, nolim mihi ſumere, demens
Iudicio vulgi, ſanus fortaſſe tuo: quòd
Nollẽ onus, haud vnquã ſolitus, portare moleſtum.
Nam mihi continuo maior quærenda foret res:
Atque ſalutandi plures: ducendus & vnus,
Et comes alter: vti ne ſolus, rúſue, peregré-
V' exirem: plures calones, atque caballi
P'aſcendi: ducenda petorita: nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel ſi libet, vſque Tarentum:
Mãtica cui lũbos onere vlceret, atq; eques armos.
Obijciet nemo ſordeis mihi, quas tibi, Tulli,
Cum Iburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri laſanum portantes, œnophorúmque.
Hoc ego commodius, quàm tu præclare Senator,
Pœior mea conditio quã Tulli, qui ſenatoriam dignitatem affectarat, qua poſtea amotus eſt per Cæſarem.
* *Millibus atque aliis viuo, quacunque libido*
Incedo ſolus: percontor quanti olus, ac far:
Fallacem circum, veſpertinúmque pererro
Sæpe forum: aſſiſto diuinis: inde domum me
Ad porri, & eiceris refero, laganique catinum.
Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus

Picul

...la cum cyatho duo sustinet: astat echinus
...tum patera guttus, Campana supellex.
...deo dormitum, nõ solicitus, mihi quod cras
...gendum sit manè: obeundus Marsya, qui se
...tum ferre negat Nouiorum posse minoris.
...quartam iaceo. post hãc vagor, aut ego lecto,
...scripto, quod me tacitum iuuet. vngor oliuo,
...quo fraudatis immundus Natta lucernis.
...st, vbi me fessum sol acrior ire lauatum
...monuit, fugio rabiosi tempora signi.
...nsus non auidè, quantum interpellet inani
...re diem durare, domesticus otior. hæc est
...a solutorum misera ambitione grauique:
...s me consolor * victurum suauius, ac si
...estor auus, pater atq; meus, patruusq; fuissent.

SATYRA VII.

O Roscripti Regis Rupilipus, atque venenum,
Hybrida quo pacto sit Persius vltus, opinor
...nibus & lippis notum, & tonsoribus esse.
...rsius hic permagna negotia diues habebat
...lazomenis: etiam liteis cum Rege molestas:
...urus homo, atq; odio qui posset vincere Regem:
...nfidens, tumidúsque: adeo sermonis amari,
...isennas, Barros vt equis præcurreret albis.
Ad Regem redeo. postquam nihil inter vtrumque
...nuenit, (hoc etenim sunt omnes iure molesti,
Quo fortes, quibus aduersum bellum incidit, inter
...ectora Priamiden, animosum atq; inter Achillẽ
...ra fuit capitalis, vt vltima diuideret mors:

Iocatur in iuniorem Nouium qui ita impudenter fœnerabatur, vt eũ statua Marsyæ, quæ manu erat erecta nõ posse ferre videretur.

*al. victurus: Describit rixam Rupilij Prænestini, cum græculo quodam Persio. Nam cum Rupilius ille cognomento Rex proscriptus esset ab Augusto, fugit ad Brutũ, vbi Horatiũ contempsit propter ignobilitatẽ, quã ob rem ab eo hac satyra perstringitur Hybrida, quia ex patre Græco et matre Romana natus est. trãslatio est: Hybridæ enim sunt ex diuerso genere nata animalia.

Non aliam ob cauſam, niſi quod virtus in vtr
Summa fuit, duo ſi diſcordia vexet inertes:
Aut ſi diſparibus bellum incidat, vt Diomedi
Cum Lycio Glauco: diſcedat pigrior, vltro
Muneribus miſſis.) Bruto prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupili, & Perſi par pugnat, vtr
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius, in in
Acres procurrũt, magnum ſpectaculum vter
Perſius exponit cauſam: ridetur ab omni
Conuentu. laudat Brutum, laudatq; cohortem.
Solem Aſiæ Brutum appellat: ſtellasq; ſalubres
Appellat comites, excepto Rege: canem, illum,
Inuiſum agricolis ſidus veniſſe: ruebat,
Flumen vt Hybernum, fertur quò rara ſecuris.
Tum Prænestinus ſalſo, multumq; fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuitia, durus
Vindemiator, & inuictus: cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum,
At Græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius, exclamat: Per magnos, Brute, deos te
Oro, qui reges conſueris tollere, cur non (rum
Hũc Regem iugulas? operũ hoc (mihi crede) tu

Inter ſummos contenditur non ignauos aut impares, vt Iliados ſexto Glaucus & Diomedes diſcedunt amici ob alterius ignauiã.

SATYRA VIII.

OLim truncus eram ſiculnus, inutile lignum:
Cũ faber incertus ſcamnũ, facerétne Priq
Maluit eſſe deum. deus inde ego furum, auium
Maxima formido. nam fures dextra coercet,
Obſcœnóque rubor porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucres in vertice arundo

In Gratidiã veneficam Neapolitanã, quam Canidiam vocat non vno loco, inuehitur hac ſatyra, in

...rret fixa: vetatq́ nouis considere in hortis.
...c prius angustis eiecta cadauera cellis
...seruus vili portanda locabat in arca.
...c miseræ plebi stabat commune sepulchrum,
...talabo scurræ, Nomentanoq́ nepoti.
...lle pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
...dabat: hæredes monumẽtum ne sequerentur.
...c licet Esquilijs habitare salubribus atque
...re in aprico spatiari. quo modò tristes
...informem spectabant ossibus agrum.
...mihi non tantùm furésque, feræq́ suẽtæ
...vexare locum, curæ sunt, atque labori:
...tum, carminibus quæ versant, atq́ venenis
...anos animos. has nullo perdere possum,
...prohibere modo, simul ac vaga luna decorum
...ulit os, quin ossa legant, herbásque nocenteis.
...di egomet nigra succinctam vadere palla
...diam pedibus nudis, passóque capillo
...Sagana maiore vlulantem. (pallor vtrasque
...rat horrendas aspectu) scalpere terram
...ibus, & pullam diuellere mordicus agnam
...runt: cruor in fossam confusus: vt inde
...neis elicerent, animas responsa daturas.
...a & effigies erat, altera cerea: maior
...a, quæ pœnis compesceret inferiorem.
...a suppliciter stabat, seruilibus vtq́
...peritura modis. Hecaten vocat altera, sæuã
...era Tisiphonem. serpentes, atque videres
...nas errare canes, lunámque rubentem,

qua Priapum inducit ab illa vexatũ & aliarum veneficijs.

Esquilijs vbi erant horti Mecœnatis, antè fuerat sepulchrum publicum: in quo humabantur serui: & plebeij homines ita tenues vt non haberent, vbi sepelirentur: & scurræ, & decoctores.

Necyomatiæ descriptio.

Ne

Ne foret his testis, post magna latêre sepulchr
Mentior at si quid: merdis caput inquiner alb
Cornorum, atque in me veniat mictū, atq; cu
Iulius, & fragilis Pedatia, furq; Voranu.

Pedatius eques Romanus, notę impudicitiæ: quę hic mutato genere notat.

Singula quid memorē? quo pacto alterna loq
Vmbræ cum Sagana resonarent triste, & ac
Vtq; lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderant furtim terris? & imagine cerea
Largior arserit ignis? & vt non testis inultu
Horruerim voces Furiarum, & facta duarum
Nam, dispłosa sonat quantùm vesica, pepedi

Magarū vanitas quę vētris crepitu terreantur.

Diffisa nate ficus, at illa currere in vrbem.
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacer
Vincula, cum magno risuque, iocoque videru

SATYRA IX.

Importunum garrulitate & ineptijs carpit suppresso nomine.

IBam forte via Sacra (sicut meus est mos)
Nescio quid meditans nugarum, totus in illis
Occurrit quidam notus mihi nomine tantùm,

Arreptâque manu: Quid agis, dulcissime, rer

Arreptâque manu, Quid agis, dulcissime, rer
Suauiter, vt nunc est, inquā: & cupio oĩa, que
Cùm assectaretur: Nunquid vis? occupo. at il
Noris, nos (inquit) docti sumus: hic ego, Pluri
Hoc (inquā) mihi eris. Misere discedere que
Ire modo ocyus: interdum consistere: in aurem
Dicere nescio quid puero: cum sudor ad imos
Manaret talos, ô te, Bollane, cerebri

Bollanum felicem dicit, qui liberi in facie quem-

Felicem, aiebam tacitus, cum quidlibet ille
Garriret: vicos, vrbem laudaret, vt illi

ſpondebam: Miſerè cupis, inquit, abire
dum video. ſed nihil agis: vſque tenebo,
ſequar. hinc, quò nũc iter eſt tibi? Nil opus eſt te
magi: quendam volo viſere, non tibi notum:
Tiberim lõgè cubat is, propè Cæſaris hortos.
habeo q̃ agã, & nõ ſum piger: vſque ſequar te.
mitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus,
grauius dorſo ſubit onus, incipit ille:
me noui, non Viſcum pluris amicum,
Varium facies. nam quis me ſcribere plureis,
citiùs poſſit verſus? quis membra mouere
lus? inuideat quod & Hermogenes, ego cãto.
pellandi locus hic erat: Eſt tibi mater?
nati, queis te ſaluo eſt opus? Haud mihi quisq̃
net compoſui. felices. nunc ego reſto:
ſce. namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
d puero cecinit, diuina mota anus vrna.
neq̃ dira venena, nec hoſticus auferet enſis:
laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra:
nulus hũc quando conſumet cunque. loquaceis
iat, vitet, ſimul ac adoleuerit ætas.
cum erat ad Veſtæ, quarta iam parte diei
erita, & caſu tunc reſpondere vadato
bat: quod ni feciſſet, perdere litem.
e amas, inquit, paulum huc ades: inteream, ſi
valeo ſtare, aut noui ciuilia iura:
opero, quò ſcis. Dubi⁹ ſum quid faciã, inquit:
relinquam, an rem. Me ſodes. Non faciã, ille
cedere cœpit. ego, vt contendere durum eſt

uis obiurgaret, qui illi eſſet moleſtus.

Demiſſæ auriculæ in iumentis defatigationem ſignificant. Vnde Horatius ſignificat eum ægrè tuliſſe hominis importunitatem Viſcus, vel vt alij legunt Tuſcus, & Varius Horatij amici.

Planè, inquit fatum meum eſt, vt a te conficiar. nã nutrix mea id erat de me vaticinata, cum hoc carmen caneret: Hunc neque &c.

Me ſodes: verba Horatij, qui dramatico charactere ſermonẽ variauit.

Cum

Interroganti quomodo secum ageret Mecœnas: respondet Horatius: eum paucis hominibus familiarem esse.

Cum victore sequor. Mecœnas quomodo tecu
Hinc repetit. Paucorũ hominũ, & mentis bene
Nemo dexterius fortuna est vsus. Haberes
Magnum adiutorem, posset qui ferre secundã
Hunc hominem si velles tradere, dispeream ni
Summosses omneis: Non isto viuimus illic,
Quo tu rere, modo. domus hac nec purior vlla
Nec magis his aliena malis. nil mî officit vnqua
Ditior hic, aut est quia doctior: est locus vni-
Cuiq; suus. Magnum narras, vix credibile. At
Sic habet. Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus esse. Velis tantummodo: quæ tua virt
Expugnabis. & est qui vinci possit: eóque
Difficileis aditus primos habet: Haud mihi dee
Muneribus seruos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam: tempora queram,
Occurram in triuijs, deducam. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit, ec
Fuscus Aristius occurrit mihi charus, & illum
Qui pulchrè nosset. consistimus. Vnde venis? &
Quò tendis? rogat: & respondet. vellere cœpi,
Et prensare manu lentissima brachia, nutans,
Distorquens oculos, vt me criperet, male salsus
Redens dissimulare: meum iecur vrere bilis.
Certè nescio quid secretò velle loqui te
Aiebas mecum. Memini bene: sed meliori
Tempore dicam, hodie tricesima sabbata. Vin' t
Curtis Iudeis oppedere? Nulla mihi, inquam,
Religio est. At mi. sum paulo infirmior, vnus

Fuscus Aristius grammaticus nobilis, Horatij amicus.

Triceſ. ſabb. neomeniæ quæ triceſſimo quoque die recurrũt a Iudæis religioſiſſimè obſeruatæ.

Multorum

...rum, ignosces: aliàs loquar. Hunccine solē
...grum surrexe mihi? fugit improbus: ac me
...ltro linquit. casu venit obuius illi
...rsarius: &, Quo tu turpissime? magna
...mat voce: &, Licet antestari? Ego verò
...auriculam. rapit in ius. clamor vtrinque,
...concursus: sic me seruauit Apollo.

Sub cultro. i. in extremo discrimine: ductum a victimis iamiā mactandis.

SATYRA X.

...mpe in composito dixi pede currere versus
...Lucili. quis tam Lucilî fautor ineptè est,
...hoc fatcatur? at idem, quòd sale multo
...defricuit, charta laudatur eadem.
...tamē hoc tribuēs, dederim quoq; cætera. nā sic
...beri mimos, vt pulchra poëmata, mirer.
...non satis est risu diducere rictum
...oris: & est quædā tamen hîc quoq; virtus,
...uitate opus, vt currat sententia, neu se
...at verbis lassas onerantibus aureis.
...mone opus est modò tristi, sæpe iocoso,
...dente vicem modò rhetoris, atque poëtæ,
...dum vrbani parcentis viribus, atque
...uantis eas consultò. ridiculum acri
...: & melius magnas plerunque secat res.
...ripta quibus Comœdia prisca viris est,
...abant: hoc sunt imitandi: quos neq; pulcher
...genes vnquam legit, neque Simius iste,
...ater Caluum, & doctus cantare Catullum.
...agnum fecit, quòd verbis, Græca Latinis
...it, ô seri studiorum, qui ne putetis

In satyra. 4. cuius initium est, Eupolis atque Cratinus: scripserat Lucilium fluere lutulentum, ob quam rem malè audiebat, quare hîc se purgat, id vitij non Lucilio, sed seculo attribuens. Laberius mimorū scriptor dicacissimus, cuius mimi ęquè in bonis poëmatis numerandi essent, ac Lucilij versus: si facetè vitia reprehendere summum esset in poëta bono. Simius Demetrius quidam Lucilj admirator, obcor-

Difficile,

poris deformitatem sic dictus.

Difficile, & mirum. Rhodio quod Pitholeonti
Contigit. at sermo lingua concinnus utraque
Suauior: vt Chio nota si commista Falerni est.
Cum uersus facias, teipsum percontor: an, & cui
Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli.

Pedius Publicola, & Messala Coruinus oratores μισέλληνες adeò, vt noua vocabula latina fingerent. Canusini partim Græcè partim Latinè loquebantur. Quirinus, qui & Romulus latinę linguę & gentis author.

Scilicet oblitus patriq́, patriq́, Latinè,
Cum Pedius causas exundet Publicola, atque
Coruinus: patrijs intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis?
Atqui ego, cũ Græcos facerem natus mare citr
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctem visus, cum somnia vera:
In syluam non ligna feras insanius, ac si
Magnas Græcorum malis implere catervas.
Turgidus Alpinus, iugulat dũ Memnona, dum
Defingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo:
Quæ nec in æde sonent certantia, iudice Tarpa:
Nec redeant iterũ atque iterum spectãda theatr
Arguta meretrice potes, Dauóque Chremeta
Eludente senem, comis garrire libellos
Vnus virorum Fundani. Pollio regum
Facta canit, pede ter percusso. forte epos acer,
Vt nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerant gaudentes rure Camœnæ.
Hoc erat experto frustra Varrone Atacino,
Atq́ quibusdã alijs, melius quod scribere posse
Inuentore minor. Neque ego illi detrahere au
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum sæpe ferente

Cornelius Alpinus Memnonis fabulam putidè scribebat, vnde iugulare dicitur. Fundani comœdiam, Pollionis tragœdiam, Varij epos, & Virgilij Bucolicon probat.

Plo

quidem tollenda relinquendis. age, quæso,
il in magno doctus reprehendis Homero?
mis Tragici mutat Lucilius Atti?
ridet versus Enni, grauitate minores,
de se loquitur, non vt maiore reprehensis?
vetat, & nosmet Lucili scripta legenteis,
rre, num illius, num rerum dura negarit
sculos natura magis factos, & eunteis
lus? at si quis pedibus quid claudere senis
tantùm contentus, amet scripsisse ducentos
cibum versus, totidem cœnatus: Etrusci
ie fuit Crassi rapido feruentius amni
mum: capsis quem fama est esse, libríque
bustum propriis: fuerit Lucilius, inquam,
is & vrbanus: fuerit limatior idem,
rudis, & Græcis intacti carminis author,
mque Poetarum seniorum turba. sed ille,
et hoc nostrum fato dilatus in æuum,
meret sibi multa: recideret omne, quod vltra
dum traheretur: & in versu faciendo
aput scaberet: vinos & roderet vngueis.
ge stilum vertas, iterum quæ digna legi sint,
rus: neque te vt miretur turba, labores,
tus paucis lectoribus. an tua demens
in ludis dictari carmina malis? (dax
, nã satis est equitem mihi plaudere: vt au-
ptis aliis, explosa Arbuscula dixit.
moneat cinex Pantilius? aut crucier, quòd
et absentem Demetrius? aut quòd ineptus

Si Lucilio licuit emendare versus Attij, & Ennij cur mihi idē non licebit in illius verbus qui minus graues sint?

Cassius Parmensis tragœdiæ scriptor ingeniosus, sed ineptus.

*al. Combustum.

Carmen Græcis intactum, satyra est: Satyra enim (inquit Fabius) tota nostra est.

Diligenter castiganda quæ scripseris.

Arbuscula mima formosissima, quæ vulgi cōtemnebat iudicium.

Fannius Hermogenis laedat conuiua Tigelli?
Plotius, & Varius, Mecœnas, Virgiliusq;
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuscus: & hæc vtinam Viscorum laudet vterq;
Ambitione relegata te dicere possum
Pollio, te Messalla tuo cum fratre, simúlque
Vos Bibuli, & Serui, simul his te candide Furni.
Complures alios, doctos ego quos, & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc, sint qualiacunq;
Arridere velim: doliturus si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, téque Tigelli
Discipularum inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc subscribe libello.

Visc. Iun. fratres fuerunt, Virbij Visci filij qui citra equestrem ordinem manere contentus, filios senatores fecerat.

Discipularū inquit, vel quia fœminis tantùm, non viris probaretur: vel quia discipulos haberet impudicos: & parum mares.

Q. HORATII

Flacci Sermonum liber secundus.

SATYRA PRIMA.

SVnt, qbus in satyra videar nimis acer: & vltr
Legem tẽdere opus: sine neruis altera, quicqu
Composui. pars esse putat: similésque meorum
Mille die versus deduci posse. Trebati,
Quid faciã, præscribe. Quiescas. Ne faciã, inquis
Omnino versus? Aio. Peream male, si non
Optimũ erat: verùm nequeo dormire. Ter vnc
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto:
Irriguúmque mero sub noctem corpus habento,
Aut si tantus amor scribendi te rapit, aude
Cæsaris inuicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. Cupidum, pater optime, viret
Deficient,

Trebatio iurisconsulto & poëtæ scribens refutat eos, qui se nimium mordacem calũniabantur.

Poteras scribere Cæsaris

...ent: neque enim quiuis horrentia pilis
...na, nec fracta pereunteis cuspide Gallos,
...bentis equo describat vulnera Parthi.
...en & iustum poteras, & scribere fortem
...dam, vt sapiens Lucilius. Haud mihi deero,
...ris ipsa feret. nisi dextro tempore, Flacci
...per attentam non ibunt Cæsaris aurem:
...ale si palpere, recalcitrat vndique tutus.
...rectius hoc, quàm tristi lædere versu
...labum scurram, Nomẽtanúmque nepotem:
...quisq; timet, quanquã est intactus, & odit?
...faciam? saltat Milonius, vt semel icto
...ferior capiti, numerúsque lucernis,
...gaudet equis: ouo prognatus eodem
...quot capitum viuunt, tot idem studiorum
...me pedibus delectat claudere verba
...ritu, nostrûm melioris vtroque.
...velut fidis arcana sodalibus olim
...bat libris: neque, si malè *gesserat vnquam
...rens aliò, neque si bene quò fit, vt omnis
...pateat veluti descripta tabella, (ceps.
...is, sequor hunc, Lucanus, an Appulus, an-
...Venusinus arat finem, sub vtrumq; colonus,
...ad hoc, pulsis (vetus est vt fama) Sabellis:
...per vacuum Romano incurreret hostis:
...od Appula gens, seu quòd Lucania bellum
...ret violenta, sed hic stilus haud petit vltrò
...ã animãtem: & me, veluti custodiet ensis
...tectus: quem cur distringere coner

priuatas res, sicuti Lucilius, qui Scipionis priuatã descripsit.

Cui malè: cui si assentatione inepta blãdiaris: ita est aduersus eam munitus, vt eum penetrare non possit.

Terentiana sententia, quot homines tot sententiæ.

*al. cesserat vsquam

Cuiàs fuerit Horatius.

Satyra mea, vt gladius vagina te-

aut, neminē lædet, nisi qui lacesset prior.

Tutus ab infestis latronibus? ô pater & rex
Iupiter, vt pereat positus rubigine telum:
Nec quisquam noceat cupido mihi pacis. at ill
Qui me commorit (melius non tangere clamo
Flebit: & insignis tota cantabitur vrbe.
Seruius iratus leges minitatur, & vrnam:
Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum
Grande malum Turius, si quis se iudice certet
Vt, quo quisque valet suspectos terreat: vtq;
Imperet hoc natura potens, sic collige mecum,
Dente lupus, cornu taurus petit, vnde, nisi int
Monstratum? Sceua viuacem crede nepoti
Matrem: nil faciet sceleris pia dextera (mir
Vt neq; calce lupus quenquam, neq; dēte petit b
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta,
Ne longum faciam, seu me tranquilla senectu
Expectat, seu mors atris circumuolat alis:
Dines, inops Roma, seu fors ita iusserit, exul,
Quisquis erit vitæ, scribam, color. O puer, vt s
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. Quid, cum est Lucilius ausus
Primus, in hūc operis componere carmina mor
Detrahere & pellem, nitidus qua quisque per
Cederet, introrsum turpis? num Lælius, aut,
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nom
Ingenio offensi? aut læso doluere Metello?
Famosisq; Lupo cooperto versibus? atqui
Primores populi arripuit, populúmque tribuni
Scilicet vni æquus virtuti, atque eius amicis.

Thurius iudex corrupte prætura gessit, cum a Cicerone accusaretur Verres.

Sceua alioqui imbecillis, veneficijs se vlciscebatur, quibus & matrem suā extinxit.

O puer, verba Trebatij ad Horatium: vereor, ne diu nō viuas. Lucilius ausus est ea integumenta detrahere, quibus quisque sua flagitia celarer. Lucilij libertas mira.

Qui

bi se a vulgo, & scena, in secreta remorãt
Scipiadæ, & mitis sapientia Lælî:
icum illo, & discincti ludere, donec
ueretur olus, soliti quicquid sũ ego, quãuis
Lucilî censum, ingeniúmque, tamen me
agnis vixisse inuita fatebitur vsque
& fragili quærens illidere dentem,
at solido, nisi quid tu, docte Trebati,
tis: equidem nihil huic diffindere possum.
amen vt monitus caueas, ne forte negoti
it tibi quid sanctarum inscitia legum:
dicondiderit in quem quis carmina, ius est,
úmque. Esto, si quis mala: sed bona si quis
condiderit, *laudatur Cæsare. si quis
eris dignum latrauerit, integer ipse:
tur risu tabulæ, tu missus abibis.

Lucilî censum: qui diues, & magno loco natus fuit, vtpote Pompeij auus.

Legis formula. Si quis famosa carmina, in quempiam scripserit, in eũ ius, iudiciúmque esto.

*al. lacerauerit.

SATYRA II.

Iuvirtus, & quanta, boni, sit viuere paruo:
(Nec me⁹ hic sermo est: sed quẽ pcepit Ofel-
l abnormis, sapiẽs, crassaq; Minerua:) (lus
e non inter lanceis, mensasque nitentes,
upet insanis acies fulgoribus, & cum
uis falsis animus, meliora recusat:
hic impransi mecum disquirite. cur hoc?
si potero, malè verum examinat omnis
quus iudex. leporem sectatus, equóue
ab indomito: vel, si Romana fatigat
litia assuetum græcari, seu pila velox,
ter austerum studio fallente laborem,

Frugalitatem commendat ex Stoicorũ sententia. Nã Ofellus poeta primus Stoicam disciplinam latinitati donauit.

Si labore & exercitio quopiam exhaustus es, facile quemuis cibum boni consules.

Seu te discus agit: pete cedentem aëra disco.
Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis,
Sperne cibũ vilem: nisi Hymettia mella Faler
Ne biberis diluta. foris est promus: & atrum
Defendens pisces hyemat mare. Cum sale pani
Latrantem stomachũ bene leniet. Vnde putas?
Quî partum? non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. tu pulmentaria quer
Sudando. pinguem vitijs, albúmque, nec Ostre
Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare lag
Vix tamen eripiam, posito pauone, velis, quin
Hoc potius quàm gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum: quia vaneat auro
Rara auis: & picta pandat spectacula cauda:
Tanquã ad rẽ attineat quicquã. nũ vesceris i
Quam laudas, pluma? coctóue nũ adest honor i
Carne tamen quamuis distat nihil: hac magis i
Imparibus formis deceptum te patet. esto.

Stomachi fastidium nullo condimento efficacius irritabis, quàm fame.

Lagois, piscis a similitudine leporis sic dictus. Leporẽ enim Græci λαγωὸν, seu λαγὼ nominant.

Vnde datum sentis, lupus hic, Tiberius, an a
Captus hiet? pontésne inter iactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas insane trilibrem
Mullũ: in singula quẽ minuas pulmẽta, necesse
Ducit te species, video. quò pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue pond
Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Lupus, si Lucilio credimus, quem catillonẽ vocat, optimus habebatur, qui inter duos ponteis caperetur.

Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait Harpyijs gula digna rapacibus. at v
Præsentes Austri coquite horum obsonia: quã

Austri coq. hoc est, putrefacite eorum cibos.

Put

es aper, rhombúſq; recens, mala copia quando
rum ſollicitat ſtomachũ: cum rapula plenus,
acidas mauult inulas, nec dum omnis abacta
eries epulas regum. nam vilibus ouis,
iſque eſt oleis hodie locus. Haud ita pridem
ni praconis erat acipenſere menſa
nis. quid? tũ rhombos minus æquora alebãt?
u erat rhombus, tutóque ciconia nido:
ec vos author docuit prætorius. ergo
is nunc mergos ſuaueis edixerit aſſos:
bit praui docilis Romana inuentus.
dus a tenui victu diſtabit, Oſello
ea nam fruſtra vitium vitaueris illud,
albò prauum detorſeris. Auidienus,
Canis ex vero ductum cognomen adhæret:
quenneis oleas eſt, & ſylueſtria corna:
niſi mutatum parcit diffundere vinum, &
u odorem olei nequeas perferre (licebit
mpotia, nataleis, a'ióſue dierum
us albatus celebret) cornu ipſe bilibri
ilibus inſtillat, veteris non parcus aceti.
uligitur victu ſapiens vtetur? & horum
ri imitabitur? hàc vrget lup°, hàc canis* angit.
Mundus erit, qui non offendat ſordibus: atque
utram partem cultus miſer. hic neque ſeruis,
uti ſenis exemplo, dum munia* didit,
nus erit: nec ſic, vt ſimplex Næuius, vnctam
minus præbebit aquã, vitiũ hoc quoq; magnum.
Accipe nunc victus tenuis quæ, quantaq; ſecum

Gallonius primus acipenſerem cõuiuis apoſuit, & Aſellius præter ciconias. Iamb. per prætorium, intelligi vult Sempronium Rufum, ironicè, qui in prętura petitione repulſam paſſus eſt. Auidienus, qui Canis ob ſordes dictus eſt, contrario cum ſuperioribus vitio laborabat in alteram partem nimius.

*al. aiunt. Moderato victu ſapienti vtendum. *didit, pro diuidit.

Quæ commoda ex sobrietate, & contrà quæ incommoda ex crapula capiuntur.

Afferat: inprimis valeas benè, nam variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. at, simul assis
Miscueris elixa: simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq́; tumultu
Lenta feret pituita: vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vn
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.*

Cœnam dubiam appellat Terentius in Phor. vbi dubites quid sumas potiss. *al affligit. Vt Steph. & Lambi.

Alter, vbi dicto citiùs curata sopori
Mẽbra dedit: vegetus præscripta ad munia surg
Hic tamen ad melius poterit trãscurrere quond
Siue diem festum rediens adduxerit annus:
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbique
Accedent animi, & tractari mollius ætas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad istam,
...nis. Varius mappa compescere risum
...poterat. Balatro sespendens omnia naso,
...est conditio viuendi, aiebat: eoq́
...ponsura tuo nunquam est par fama labori.
...e, vt ego accipiar lautè, torquerier omni
...citudine districtum? ne panis adustus,
...malè conditum ius apponatur? vt omnes
...cincti rectè pueri, comptique ministrent?
...e hos præterea casus: aulæa ruant si,
...modò: si patinam pede lapsus frangat agaso.
...conuiuatoris, vti ducis, ingenium res
...uersæ nudare solent, celare secundæ.
...Cæsidienus ad hæc: Tibi dij, quæcunq́ preceris,
...moda dent, ita vir bonus es, conuiuáq́ comis.
...leas poscit. tum in lecto quoque videres
...dere secreta diuisos aure susurros.
...s his mallem ludos spectasse. sed illa
...e age, quæ deinceps risisti. Vibidius dum
...rit de pueris, num sit quoque fracta lagena,
...d tibi poscenti non dentur pocula: dumq́
...ur fictis rerum Balatrone secundo:
...diene, redis mutatæ frontis, vt arte
...daturus fortunam, deinde sequuti
...zonomo pueri magno decerpta ferentes
...mbra gruis sparsi sale multo, non sine farre:
...ibus & ficis pastum iecur anseris albi,
...orum auulsos, vt multò suauius, armos,

Susp. naso: qui vastè ac scurriliter omnes irrideret.

Agasonē per contemptum vocat ciborū ministrum.

Conuiuæ soleas ponere solebant priusquam accumberent: vt patet ex hoc loco.

μαζονόμοι seu mazonomia, lances erat cauę & prægrandes, ligneæ vt plurimum, author Iulius Pollux.

Quàm si cum lumbis quis edit. tum pectore adu
Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes
Suaueis res, si non causas narraret earum, &
Naturas dominus: quem nos sic fugimus vlti,
Vt nihil omnino gustaremus: velut illis
Canidia afflasset peior serpentibus Afris.

Hoc eo pertinet, quòd, quę a serpentibus afflata sunt, quantũuis salubria sint, venenata & mortifera reddũtur.

FINIS.

Q. HORATII

FLACCI DE ARTE POETICA

Libellus, ad Pisones.

Exordium ab exemplo rei ineptæ: ac primum præceptum de ἀκολουθίᾳ & conuenientia vniuersi operis. Critici indicabant de aliorum scriptis, ex quibus fuisse videtur Horatius. 2. Præceptũ, vt œconomia sibi per omnia constet & nihil fiat nisi suo tempore: Inquod illi peccant, qui ornatum suo poëmati quærunt ex quibuslibet digressionibus, & episodijs.

HVmano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum
Persimilem, cuius, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ. Pictoribus, atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hãc veniã petimus q́ damusq́ vicissim
Sed non, vt placidis coëant immitia: non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis grauibus plerunq́, & magna professis
Purpureus, latè qui splendeat, vnus, & alter:
Assuitur pannus: cùm lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros

A

lumẽ Rhenũ, aut pluuius describitur arcus.
nc non erat hic locus: & fortasse cupressum
mulare. quid hoc? si fractis enatat expes
bus, ære dato, qui pingitur? amphora cœpit
ui: currente rota cur vrceus exit?
q; fit, quod vis, simplex duntaxat, & vnum.
ma pars vatũ, pater, & iuuenes patre digni,
imur specie recti. breuis esse laboro,
rus fio: sectantem lauia, nerui
iunt, animíque. professus grandia turget:
humi, tutus nimiùm, timidúsque procellæ.
i variare cupit rem prodigaliter vnam:
hinum syluis appingit, fluctibus aprum.
tium ducit culpæ fuga, si caret arte.
milium circa ludum faber imus, & vngueis
met, & molleis imitabitur ære capillos:
x operis summa, quia ponere totum
iet: hunc ego me, si quid componere curem,
magis esse velim, quàm prauo viuere naso:
ndum nigris oculis, nigróque capillo.
mite materiam vestris, qui scribitis, æquam
us, & versate diu, quid ferre recusent,
valeant humeri. cui lecta potenter erit res,
facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
is hæc virtus erit, & Venus, (aut ego fallor)
nunc dicat, iam nunc debentia dici
q; differat, & præsens in tempus omittat,
met, hoc spernat promissi carminis author.
verbis etiam tenuis, cautúsque serendis

3. Ne quid virtutis & vitij affinitate peccetur: Vbi quatuor orationis virtutes recenset, & illis quatnor cognata vitia.

4. Vitanda affectata eloquentia, ne in ineptias incidat, & portentum quoddam videatur.

5. Argumentum suo cuique ingenio idoneum deligendum. Decorum ordinis in carmine.

Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. si fortè necesse est
Indicijs monstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabiturque licentia sumpta pudenter.
Et noua, fictaq; nuper habebunt verba fidem,
Graco fonte cadant parcè detorta. quid autem
Cæcilio, Plautóque dabit, Romanus, ademptum
Virgilio, Varióque? ego, cur acquirere pauca
Si possum, inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit. sempérque licebit,
Signatum præsente nota producere nomen.
Vt syluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigéntque.
Debemur morti nos, nostráque: siue receptus
Terra Neptunus classeis Aquilonibus arcet,
Regis opus: sterilisue diu palus, aptáque remis
Vicinas vrbeis alit, & graue sentit aratrum:
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
Multa renascentur, quæ iam cecidêre: cadéntque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quē penes arbitriū est, & ius, & norma loquendi.
Res gestæ, regúmque, ducúmque, & tristia bella
Quò scribi possent numero, monstrauit Homerus.
Versibus impariter iunctis querimonia primùm,

6. Parcè & appositè nouis vrendum, & antiquis. Verba nouantur, vel coniungendis verbis, vel sine coniunctione. Noua vnde ducenda, si opus sit. Nouè dixit inuideor, cū de nouis verbis fingendis loquitur. Exēplo probat omnium rerū esse vicissitudinem quandam. Siue receptus &c. siue portus Iulius, mari in Auernum & Lucrinum lacū immisso, naues a ventis defendit (quod est Augusti opus, siue Pōtina palus siccata, nunc aretur, & fruges vicinis vrbibus ministret siue Tiberis priore alueo mutato in aliam partem auer-

...ſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.
...uis tamen exiguos elegos emiſerit author
...mmatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.
Archilochum proprio rabies armauit Iambo.
...nc ſocci cepere pedem, grandéſque cothurni,
...lternis aptum ſermonibus, & populareis
...centem ſtrepitus, & natum rebus agendis.
Muſa dedit fidibus diuos, pueróſque deorum,
...ugilem victorem, & equum certamine primũ,
...uenum curas, & libera vina referre.
Deſcriptas ſeruare vices, operúmque colores,
...ego, ſi nequeo, ignoróque, poëta ſalutor?
...neſcire pudens praue, quàm diſcere malo?
...ibus exponi tragicis res comica non vult:
...gnatur item priuatis, ac prope ſocco
...nis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.
...ula quaq; locum teneant ſortita decenter.
...rdum tamen & vocem comœdia tollit:
...ſque Chremes tumido delitigat ore.
...agicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.
...lephus & Peleus, cum pauper & exul vterq;
...cit ampullas, & ſeſquipedalia verba:
...rat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Nõ ſatis eſt pulchra eſſe poëmata: dulcia ſunto:
...cunque volent, animum auditoris agunto.
...dentibus arrident: ita flentibus adſunt
...ani vultus. ſi vis me flere, dolendum eſt
...ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent
...he, vel Peleù. malè ſi mandata loquêris,

ſus deſierit agris, & vrbi nocere.
De verſu elegiaco, ſeu pentametro.
Iambici carminis inuentor Archilochus.
Lyrici carminis officiũ.
Ne prępoſtero ordine & ſtylo abutamur.
Pudor eius vitioſus eſt, quem diſcere pudet potiùs, quàm neſcire.
Nonnũquam in tragœdijs ſermonem comicum & humilem adhiberi oſtendit exemplo Telephi:
Proijcit ampullas: id eſt, a ſe reijcit.
Eos affectus induendos, quibus velis ſpectatorem affici.
Affectuũ motus ex oratione.

Aut

Aut dormitabo, aut ridebo. tristia mœstum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, lasciua: seuerum, seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram:
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta:
Romani tollent equites, peditésque cachinnum.
Intererit multū Dauúsne loquatur* an Heros,*
Maturúsne senex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens, an sedula nutrix:
Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli:
Colchus, an Assyrius: Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam sequere: aut sibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum si forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Iura neget sibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medæa ferox, inuictaq́: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io vaga: tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenæ committis, & audes
Personam formare nouam: seruetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.
Difficile est propriè communia dicere: tuq́
Rectiùs Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm si proferres ignota, indictaq́ primus.
Publica materies, priuati iuris erit, si
Nec circa vilem, patulúmque moraberis orbem:
Nec verbum verbo curabis reddere fidus

Natura affectum varium pro mutatione fortunę nobis indit: facitque vt eum vultu prodamus: deinde & verbis declaremus.

*al. Diues an Irus. al. Danus herúsne. al. Diuus, an Heros. al. Danus Erósne. De eorum personę in carmine.

Persona eodem vbique ingenio inducenda.

Interpretis officium.

Interp

Interpres: nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex:*
Nec sic incipies, vt scriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur ineptè?
Sic mihi musa virum, captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbeis.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, vt speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Syllámq;, & cũ Cyclope Charybdim.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
Semper ad euentum festinat, & in medias res
Nec secus, ac notas auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Tu, quid ego, & populus mecum desideret, audi.
Plausoris eges aulæa manentis & vsque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere: & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine campi:

*al. referre.

Ne arrogans, sit exordium cuiusmodi est hoc Cyclici poetæ.

Exordium. Odisseæ Homēricæ.

Antimachum reprehendit, qui poëma suũ de Diomedis casibus, ab interitu Meleagri orsus est.

Homerici poëmatis artificium.

Decorum ætatis obseruandum diligenter.

Pueritia.

Adolescentia.

Cereus

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper:
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidúsq;, & amata relinquere pernix.

Virilis ætas

Conuersis studijs ætas, animúsque virilis
Quærit opes, & amicitias: inseruit honori:
Commisisse cauet, quod mox mutare laboret.

Senectus.

Multa senẽ circumueniũt incommoda, vel quo
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quòd res omnes timidè, gelidéque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidúsque futuri,

Anni venientes appellantur vsque ab incunabulis ad corroboratam, & mediã ætatem: recedentes autem vsque a media ætate, ad rogum.

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero: censor, castigatórque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum:
Multa recedentes adimunt: ne forte seniles
Mandentur iuueni partes, pueróque viriles:
Semper in adiunctis, aeuóque morabimur aptis.
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.

Vehementiùs moueri animos spectaculo, quàm auditu.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm, quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & q
Ipse sibi tradit spectator, non tamen intus
Digna geri, promes in scenam: multa que tolles

Quæ aut improba & nefaria sunt: aut fieri nõ possunt, & minùs sunt probabilia, in scenam nõ sunt producenda.

Et oculis, quæ mox narret facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palã coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auẽ Progne vertatur: Cadmus in anguem
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.
*Neue minor, *quinto, neu sit productior actu*

*al. neu sit quinto, vt Step. & Labi,

Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.
Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus

Incidat

Fabulæ actus & personæ.

Chori officiū in fabula.

*al. cōfilietur amicè.

*al. iuncta.

Priscorū fabulæ minùs ambitiosæ, & mores frugaliores.

Impunè dicit: quia antè, rebus Romanis angustis adhuc, & nondum cōstitutis, non licebat de die conuiuari, ac potare.

Tragœdiæ

olim seueriori, adhibita est ad voluptatem satyra.

Mox etiam agrestis satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quod
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusq; sacris, & potus, & exlex,

Ne personę dignitas violetur humilitate sermonis, aut contrà.

Verùm ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet satyros: ita vertere seria ludo:
Ne, quicunq; deus, quicunque adhibebitur he
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:
Aut, dum vitat humum, nubeis, & inania ca
Effutire leueis indigna tragœdia versus:
Vt festis matrona moueri iussa diebus,
Intererit satyris paulùm pudibunda proteruis.

Locus ex tragœdia Lucilij poëtæ.

Nõ ego inornata, & dominantia nomina so
Verbaq;, Pisones, satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar Tragico differre colori,
*Vt nihil interſit, Dauúsne loquatur, *an audax*

*al. & audax.

Pythias emuncto lucrata Simone talentum:
An custos famulusq; dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, vt sibi quiuis

Ne nimiùm effœminatis, aut obscœnis verbis vtantur poëtę satyrici.

Speret idem: sudet multùm, frustráque labore
Ausus idem: tantum series, iunctúraque pollet
Tantum de media sumptis accedit honoris.
Syluis deducti caueat (me iudice) Fauni

Per emptorẽ ciceris fricti, plebeios, & vulgares homines significat: qui fictum ciceer emebat, vt eo

Ne velut innati triuijs, ac penè forenses,
Aut nimiũ teneris iuuenentur versibus vnq
Aut immunda crepent, ignominioſaq; dicta.
Offendũtur enim, quib⁹ est equus, & pater, &
Nec, si quid fricti ciceris probat, & nucis em

Æquis accipiunt animis, donántue corona.
Syllaba longa breui subiecta, vocatur Iambus,
citus: vnde etiam trimetris accrescere iussit
men Iambeis: cùm senos redderet ictus
ad extremum similis sibi: non ita pridem,
dior vt paulo, grauiórque veniret ad aureis,
deos stabileis in iura paterna recepit
modius, & patiens: non vt de sede secunda
ret, aut quarta socialiter. hic & in Acci
libus trimetris apparet rarus, & Ennî
nam missos magno cum pondere versus,
operæ celeris nimium, curáque carentis,
ignorata premit artis crimine turpi.
quiuis videt immodulata poëmata iudex:
ta Romanis venia est indigna Poëtis.
cóne vager, scribámque licenter? an omneis
ros peccata putem mea, tutus, & intra
veniæ cautus? vitaui denique culpam,
laudem merui. Vos exemplaria Græca
rna versate manu, versate diurna,
nostri proaui Plautinos & numeros, &
uere saleis, nimium patienter vtrumque,
cam stultè, mirati: si modò ego, & vos
inurbanum lepido seponere dicto:
múmque sonum digitis callemus & aure.
tum tragicæ genus inuenisse camœnæ
, & plaustris vexisse poëmata Thespis:
cauerent, ageréntque peruncti facibus ora.
personæ, pallæq; repertor honestæ

interea dum agebantur fabulæ & quouis alio tempore leuarent famã. Iambici trimetri qui vocantur, cum sex constent pedibus, senarij dicti sunt, admisso spondeo. Iambus spõdęum recepit in iura paterna, ita tamen vt secũda, & quarta sede non cederet in versu Iambico. Latinorum licentia.

Gręcorum in carmine laus. *al. vestri. Innuit Plaut. versus, neque satis numerosè scriptos esse, & sales eius inurbanos fuisse. Tragœdiæ initium & incrementum.

Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis:
Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno.
Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi. lex est accepta, chorúsque
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere poëtæ:
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta:
Vel, qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clarísque potentius armis,
Quàm lingua Latium, si non offenderet vnum
Quemque poëtarum limæ labor, & mora. Vestò
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod
Multa dies, & multa litura coërcuit: atque
**Perfectum decies non castigauit ad vnguem.*
Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, & excludit sanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars nō vngueis ponere curat,
Non barbam: secreta petit loca: balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium, nomenque poëtæ,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit. O ego lanus,
*Qui purgor bilem sub verni temporis * horam.*
Non alius faceret meliora poëmata, verùm
Nil tanti est. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.
Munus, & officium, nil scribens ipse docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formétq; poëtam

Vetus comœdia tragœdia posterior est.

Latinorum tẽdiũ in castigãdis suis. Pisones Pompilius sanguis dicũtur, quia a Numa Pompilio ducunt originem.

*al. Præfectũ. Ingenium an ars plus possit.

In eos, qui quòd Democritus furorem quendã poëticam requiri putaret, ideo tonsore & solitudine nomen poëtarum aucuparẽtur.

...deceat, quid nõ: quò virtus, quò ferat error.
...ribendi rectè, sapere est & principiũ, & fons.
...tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ:
...que prouisam rem non inuita sequentur.
...dicit, patriæ quid debeat, & quid amicis:
...sit amore parẽs, quo frater amãdus, et hospes:
...sit conscripti, quod iudicis officium: quæ
...in bellum missi ducis: ille profectò
...re personæ scit conuenientia cuique.
...ere exemplar uitæ, morúmque iubebo
...m imitatorem, & veras hinc ducere voces.
...um speciosa * iocis, moratáque rectè
...nullius Veneris, sine pondere, & arte,
...oblectat populum, meliúsque moratur,
...versus inopes rerum, nugaque canoræ.
...ijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
...loqui, præter laudem nullius auaris.
...mani pueri longis rationibus assem
...in parteis centum diducere. dicat
...Albini, si de quicunce remota est
...quid superat? poteras dixisse triens: * heu
...teris seruare tuam redit vncia: quid fit?
...ad hæc animos ærugo, & cura peculi,
...semel imbuerit, speramus carmina fingi
...linenda cedro, & læui seruanda cupresso?
...prodesse volunt, aut delectare poëtæ:
...simul & iucunda, & idonea dicere vitæ.
...quid præcipies, esto breuis, vt citò dicta
...animi dociles, teneántque fideles.

Vnde argumentum scribẽdi petatur. Socraticæ chartę libros significant a Platone, Æschine, Xenophonte, cæterísque eius auditoribus scriptos.

*al. locis.

Gręcorum excellẽtia in dicendo.

Romanorum auaritia.

*al. eu: & rectiùs fortasse, vt Gręcum ευ exprimat id est, benè, pręclarè.

Linenda cedro: quę perpetuò viuãt: nam, quę oleo cedrino liniuntur, non putrescunt.

Præceptorũ breuitas.

Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

Pabularum modus.

Ficta voluptatis cauſa, ſint proxima veris.
Nec quodcunque volet, poſcat ſibi fabula credi.
Neu pranſæ Lamiæ viuum puerũ extrahat alu.
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis:

Seniores poëmata inutilia, & ad voluptatem tantùm comparata reprehendunt & reijciunt.

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.
Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.
Lectorem delectando, paritérque monendo.
Hic meret æra liber Soſijs: hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.

Quod poema præſtantiſſimum.

Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe velim.
Nã neq; chorda ſonũ reddit, quæ vult manꝰ, et
Poſcentique grauem perſæpe remittit acutum.

Leuioribus vitijs ignoſcendum.

Nec ſemper feriet, quodcunque minabitur, ar
Verũ vbi plura nitent in carmine, non ego pa
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. quid ergo
Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius vſque,
Quamuis eſt monitus, venia caret: & citharæ
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multùm ceſſat, fit Cherilus ille,
Quem bis, térque bonum cum riſu miror: &

Supinitas nõ feremla. Cherilo ſimiles ſunt poëtæ, in quorũ ſcriptis plura ſunt mendoſa, quàm recta.

Indignor, quandoque bonus dormitat Homer
Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnu
Vt pictura, poëſis: erit quæ, ſi propiùs ſtes,
Te capiet magis: & quædam, ſi longiùs abſtet.
Hæc amat obſcurum, volet hæc ſub luce vidi
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel: hæc decies repetita placeb

...ior iuuenum, quamuis & voce paterna
...ris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictum
...memor, certis medium, & tolerabile rebus
...concedi, consultus iuris, & actor
...rum mediocris abest virtute diserti
...ale, nec scit quantum Cassellius Aulus:
...men in pretio est. mediocribus esse poëtis
...homines, non dij, nec concessere columnæ.
...gratas inter mensas symphonia discors,
...ssum vnguentũ, & Sardo cũ melle papauer
...dunt, poterat duci quia cœna sine istis:
...nimis natum inuentúmque poëma iuuandis,
...lum summo discessit, vergit ad imum.
...dere qui nescit, campestribus abstinet armis:
...ctúsque pilæ, disciue, trochíue quiescit:
...issa risum tollant impune coronæ.
...nescit versus tamen audet fingere. quid ni?
...r & ingenuus, præsertim census equestrem
...am nummorum, vitióque remotus ab omni.
...hil inuita dices, faciésue Minerua.
...tibi iudicium est: ea mens. si quid tame... ...
...seris, in Metij descendat iudicis aureis,
...tris, et nostras, nonúmq; prematur in ann...
...branis intus positis delere licebit,
...non edideris: nescit vox missa reuerti.
...yluestreis homines sacer interprésque deorum
...bus, & victu fædo deterruit Orpheus,
...us ob hoc lenire tigreis, *rabidósque leones:
...us & Amphion Thebanæ conditor arcis

Poeta nemo qui non sit summus. Etsi enim certæ res sunt in quibus medium locum tenere, & cõceditur, & laudabile est: tamen poëtæ mediocritas condonari non solet: ita vt aut excellere eum oporteat, aut ab eo studio desistere. Atque hoc probat tribus similibus.

Anthypophora vt cum stomacho pronuncies.

Orphei fabulæ interpretatio.

*al. rapidos.

Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere, quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Poeticę honos & vtilitas. *Oppida moliri: leges incidere ligno.*
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit: poſt hos inſignis Homerus,
Tirtæúſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit, dicta per carmina ſortes:
Et vitæ monſtrata via eſt: & gratia regum
Pieriis tentata modis: ludúſque repertus,
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.
Poetę ingenio & arte opus eſſe. *Natura fieret laudabile carmen, an arte,*
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid proſit, video, ingenium: alterius ſ
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
Labore parari immortalitatem, nō oſtentatione. *Qui ſtudet optatam curſu contingere metam*
Multa tulit, fecítque puer, ſudauit, & alſit:
Abſtinuit Venere & vino. qui Pythia cantat
Tibicen, didicit priùs, extimuítque magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poēmata pango,
Occupet extremũ ſcabies: mihi turpe relinqui eſ
Et quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Cautè adhibendi cenſores diuiti, ne quid in gratiam loquantur. *Vt præco ad merceis turbam qui cogit emendo*
Aſſentatores iubet ad lucrum ire poēta,
Dines agris, dines poſitis in fœnore nummis.
Si vero eſt, vnctum qui recte ponere poſſit:
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere artis

Litibus

implicitum, mirabor si sciet inter-
mendacem, verúmque beatus amicum.
seu donaris, seu quid donare voles cui,
ad versus tibi factos ducere plenum
clamabit enim pulchrè, bene, rectè,
cet super his: etiam stillabit amicis
is rorem: saliet: tundet pede terram:
conducti plorant in funere, dicunt,
unt prope plura dolentibus ex animo: sic
ir vero plus laudatore movetur.
es dicuntur multis vrgere cululli,
quere mero, quem perspexisse laborent,
amicitia dignus: si carmina condes:
quam te fallant animi sub vulpe latentes.
inctilio si quid recitares: corrige, sodes,
uebat) & hoc, melius te posse negares,
que expertum frustrà: delere iubebat:
le tornatos incudi reddere versus.
dere delictum, quàm vertere malles:
ultra verbum, aut operam sumebat inanē,
sse rivali teque, & tua solus amares.
bonus & prudes versus reprehēdet inertes:
bit duros: incomptis allinet atrum
erso calamo signum: ambitiosa recidet
menta: parum claris lucem dare coget:
ct ambigue dictum: mutanda notabit:
Aristarchus: nec dicet, cur ego amicum
offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent
malorum semel, exceptumque sinistrè.

Qui a poëta emolumentū aliquod vel sperant, vel iam consequuti sūt, nō integrè de illius poemate iudicabant.

Amici diligenter explorandi.

Quinctili Vari censura. Fuit Quinctilius Varus iudex scriptorum alienorū liber, & incorruptus.

A quo petēdum cōsiliū. Fuit Aristarchus Grammaticus, qui ad aliquot Homeri versus, quos non probabat, notam apposuit, iudicans eos poëtę nō fuisse, sed insititios.

Quàm periculosa persuasio: aduersus eos, qui non nisi furore quodã, & afflatu diuino percitos ad poëticam aptos esse putabant.

Vt, mala quem scabies, aut morbus regius urg
Aut phanaticus error, & iracunda Diana:
Vesanum tetigisse timent, fugiúntque poëtam
Qui sapiunt: agitant pueri, incautique sequun
Hic, dum sublimeis versus ructatur, & errat:
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foueámue: licet, succurrite longum
Clamet Io ciues: non sit, qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre, & demittere funem:
Qui scis, an prudens huc se deiecerit? atque

Pestilens immodicæ gloriæ sitis ex Empedocle historia.

Seruari nolit? dicam, Siculique poëta
Narraba interitum. Deus immortalis haberi
Dũ cupit Empedocles, ardentem frigidus Æ
Insiluit. sit ius, liceátque perire Poëtis.
Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit: nec si retractus erit, iam
Fiet homo, & ponet famosa mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet: utru
Minxerit in patrios cineres: an triste bidenta
Monuerit incestus: certè furit: ac velut vrsu
Obiectos caueæ valuit si frangere clathros,
Indoctum, doctumq; fugat recitator acerbus.

Poëtam ineptum, sibi placentem, & suis versibus ouè recitantem, cum hirudine comparat.

Quem vero arripuit, tenet, occidit que legendo
Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

FINIS.

VNII IVVENA-
LIS AQVINATIS
SATYRÆ.

Decem
&
Sex

Cum annotatiunculis in margine, breuis commentarij vicè adiectis.

1579.

I. IVVENALIS VITA.

VNIVS Iuuenalis, vt Suidas testatur, vixit tempore Domitiani imperatoris, oriundus ex Aquino Volscorum oppido, quem admodum ipse videtur innuere Satyra tertia circa finem, cum ait:

Ergo vale nostri memor, & quoties te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino.

Quanquam non desunt, qui Suidæ fidem eleuare conentur, hac certè in parte, da coniectura ducti, quòd liberiùs scripserit in ipsum quoque imperatorem, quam vt ferri potuerit, si vixisset. Sub Traiano igitur satyras scripsisse volunt: neque verisimile esse, quod ille ait a Paride histrione actum fuisse in exilium, in Pentapolim, quæ est in Libya, cum Domitiano mortuo nihil potuerit Paris. Vtcunque est, certè Sidonius Apollinaris id videtur significare, cum ait: tñ tamen illum intelligit:

Nec quid consimili deinde casu
Ad vulgi tenuem strepentis auram,
Irati fuit histrionis exul.

De eius morte parum constat, nisi quòd in exilio vitam finisse arbitrantur.

IVVENALIS AQVINATIS SATYRA I.

Semper ergo auditor tantùm?
Nunquámne reponam
Vexatus toties rauci Theseide Codri?
Impunè ergo mihi recitauerit ille togatas?
Hic elegos? impune diē con-
serit ingens
...us? aut summi plena iam margine libri
...us & in tergo, nec dum finitus, Orestes?
...a magis nulli domus est sua, quā mihi lucus
...tis, & Æolijs vicinum rupibus antrum
...i. Quid agāt venti, quas torqueat vmbras
...us, vnde alius furtiuæ deuehat aurum
...ulæ, quantas iaculetur Monychus Ornos,
...nis platani, conuulsaq́, marmora clamant
...er, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
...ctes eadem a summo, minimóque poëta.
...t nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
...lium dedimus Syllæ, priuatus vt altum
...miret, stulta est clementia, cum tot vbique
...ibus occurras, perituræ parcere chartæ.
...ur tamen hoc libeat potiùs decurrere campo,
...quem magnus equos Aurūcæ flexit alumnus:

Queritur otium suum sibi perire, dū ignauus ad fastidium poetas recitantes cogitur audire, cum tamen ipse aliquid possit scribere. Quotidie nihil aliud, quàm recitāt mihi historias suas, & fabulas, quas scripserunt.

Aurunce alumnus, Lucilius satyricus.

Quòd potissimùm satyrā

Si

Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener vxorem ducat spado: Meuia Thuscũ
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:
Patricios omnes opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat:
Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Crispinus, tyrias humero reuocante lacernas,
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ:
Difficile est satyram non scribere, nam quis iniqua
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt teneat se?
Causidici noua cum veniat lectica Mathonis
Plena ipso: post hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comesa
Quod supest: quẽ Massa timet: quẽ munere palpa
Carus: & a trepido Thymele summissa Latino.
Cùm te summoueat, qui testamenta merentur
Noctibus, in cœlúm quos euehit optima summi
Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ
Vnciolám Proculeius habet, sed Gillo deuncem:
Partes quisque suas ad mensuram inguinis hære
Accipiat sanè mercedem sanguinis, & sic
Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira
Cũ populũ gregibus comitum premat hic spoliato
Pupilli prostantis: at hic damnatus inani
Iudicio (quid enim saluis infamia nummis?)
Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dijs

Iratis

scribat, tempore sui mores esse in causa. Cinamus ex tonsore, & Crispinus e seruo facti erãt equites. Iniquæ: quæ honores indignis deferat. Magn. delat. M. Regulus imperatoris amicus delatoribus etiã alijs erat formidabilis.

Lugdu. ara: quæ Lugduni erat, in templo Augusto Cæsari consecrato: ad quam instituta fuit a Caligula Cæsare Latinæ Græcæque facundię certamen: ea lege vt qui maximè displicuissent spongia, linguáue sua scripta delere cogerentur, nisi ferulis cædi, aut flumine proximo mergi maluissẽt.

...tis: at tu victrix prouincia ploras.
Hæ ego non credam Venusina digna lucerna?
Hæ ego non agitem? sed quid magis Herecleas,
Aut Diomedeas, aut mugitum Labyrinthi?
Et mare percussum puero, fabrumq; volantem?
Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi
Ius nullum vxori, doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso:
Cum fas esse putet curam sperare cohortis
Qui bona donauit præsepibus, & caret omni
Maiorum censu, dum peruolat axe citato
Flaminiam, puer Automedon: nam lora tenebat
Ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ.
Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio? cum iam sexta ceruice feratur
Huic atque inde patens, ac nuda pene cathedra,
Et multum referens de Mæcenate supino
Signator falso, qui se lautum, atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.
Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet sitiente Rubetam,
Instituitque rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignũ,
Vt vis esse aliquis. Probitas laudatur, & alget,
Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprũ,
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsæ turpes? & prætextatus adulter?

Ah octaua nõ solùm securus est, sed ante tempus cibo destinatum genio indulget, quod erat hora nona.

Leno maritus qui vxorem prostituit, quæ cum non possit adulteri sui ius hæreditatis capere, accipiat ipse.

Sexta cerui. hexaphoro feratur Regulus ille omnium bipedum, vt Plinius ait, nequissimus.

Locusta venefica, cuius opera vsus Nero, Britanicum sustulit, autor Suetonius.

Caper, in cælatura poculorum.

Si

Argumentsi satyrę nostrę, sunt vitiorum genera, quæ ab orthe condito cœperunt ad hæc tempora magis ac magis inualescere.

Si natura negat, facit indignatio versum,
Qualemcunque potest, quales ego, vel Cluuienus.
Ex quo Deucalion, nimbis tollentibus æquor,
Nauigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:
Quicquid agunt hoës, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.
Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur area.
Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero: simplexne furor sestertia centum
Perdere? & horrenti tunicam non reddere seruo?
Quis totidem erexit villas? quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? nunc sportula primo
Limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne
Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies, iubet a præcone vocari
Ipsos Troiugenas: nam vexant limen & ipsi
Nobiscum. da prætori, da deinde tribuno.
Sed libertinus prior est, Prior inquit ego sum.
Cur timeam, dubitémue locum defendere quanis
Natus ad Euphratẽ, molles quod in aure fenestræ
Arguerint, licet ipse negem: sed quinque tabernæ
Quadringẽta parant, quid confert purpura maius?
Optandum, si Laurenti exstodit in agro

Sportula quę olim in vtum pauperum clientum reperta erat, iã dispensatur in ditissimos quosque.

Troiuge, Romanos, multę enim gentes Romanę a Troianis fluxerunt.

*al. adsum.

Conductus

alulas Coruinus oues? ego possideo plus
lente, & Licinis: expectent ergo tribuni.
cint diuitiæ, sacro nec cedat honori,
per in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
undoquidem inter nos sanctissima diuitiarum
estas, et si funesta pecunia templo
lū habitas: nullas nummorū ereximus aras,
ultur pax, atque fides, victoria, virtus,
q; salutato crepitat concordia nido.
ed cum summus honor finito computet anno,
ula quid referat, quātum rationibus addat:
l faciēt comites, quibus hīc toga, calceus hinc
ms, fumusq; domi? densissima centum (est
drantes lectica petit, sequiturq; maritum
uida, vel prægnans, & circumducitur vxor.
petit absenti nata iam callidus arte
ndens vacuum, & clausam pro coniuge sellā.
lmea est inquit, citius dimitte: moraris,
ster Galla caput: noli vexare, quiescit.
se dies pulchro distinguitur ordine rerum.
ula, deinde forum, iurisq; peritus Apollo,
que triumphales, inter quas ausus habere
cio quis titulos Ægyptius, atq; Arabarches,
ui ad effigiem non tantùm meiere fas est.
ibulis abeunt veteres, lassiq; clientes,
q; deponunt, quanquam longissima cœna
hominī, caules miseris, atque ignis emendus.
ma syluarum interea, pelagique vorabit
borum, vacuisque toris tantùm ipse iacebit.

Pallas Claudij libertus ditissimus, prætorijs ornamentis donatus per Claudium. Pax, fides, &c. nomen deorum obtinuerunt apud veteres, quia ipsis tāta vis inerat, vt sine deo regi non posse videretur. Si diuites sportulam captent, quid non facient clientes, quibus hinc suppeditatur res domestica?

Triumphales statuæ erant in foro Augusti, quas ipse dedicauerat, inter quas tandem Crispinus nō veritus sit collocari, homo libertinus.

Nam

Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, vna comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit: sed quis ferat istas
In voracitatem & gulam Romanorum qui exclusis omnibus, ventri suo, tantùm indulgebant, & hoc immodicè.
Luxuriæ sordes: quanta est gula, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præsens, cum tu deponis amictu
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.
It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas,
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit vlterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient, faciéntque minores.
Hortatur seipsum poeta ad scribendum, cum abunde suppetat materia, tametsi non sit securum liberè loqui, ne supplicio afficiatur insigni.
Omne in præcipiti vitium stetit, vtere velis:
Totos pande sinus: dicas hic forsitan, vnde
Ingenium par materiæ? vnde illa priorum
Scribendi, quodcunq; animo flagrante liberet,
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigillinum, teda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media sulcum deducit arena.
*al. vehetur. *al. displiciet.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur*
Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos?
Cum veniet contra, digito compesce labellum,
*al. verum. *Accusator erit, qui* verbum dixerit, hic est.*
Verba monitoris indicantis periculũ ne Coryceus aliquis deferat,
Securus licet Æneam, Rutulúmque ferocem
Committas: nulli grauis est percussus Achilles:
Aut multum quæsitus Hylas, vrnámq; secutus
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens

Infremuit

...mit, rubet auditor, cui frigida mens est
...minibus: tacita sudant præcordia culpa:
...ræ, & lachrymæ. tecum priùs ergo voluta
...animo ante tubas galeatum serò duelli
...tet, experiar quid concedatur in illos,
...rum Flaminia legitur cinis, atque Latina.

tutius esse historias aut fabulas scribere, quēadmodum Virgilius, & Homerus.

SATYRA II.

...Ltra Sauromatas fugere hinc libet, et glacialē
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
...Curios simulant, & bacchanalia viuunt:
...cti primum, quanquam plena omnia gypso
...ysippi inuenias, nam perfectissimus * horum,
...uis Aristotelem similem, vel Pitacon emit,
...ubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.
...ti nulla fides, quis enim non vicus abundat,
...tibus obscœnis? castigas turpia, cum sis
...er Socraticos notissima fossa cinædos.
...pida mēbra quidem, & duræ per brachia setæ
...mittunt atrocem animum: sed podice læui
...duntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.
...rus sermo illis, & magna libido tacendi,
...que supercilio breuior coma, veriùs ergo,
...magis ingenuè Peribonius: hunc ego fatis
...puto, qui vultu morbum, incessúq; fatetur.
...num simplicitas miserabilis, his furor ipse
...at veniam, sed peiores, qui talia verbis
...rculis inuadunt, & de virtute loquuti
...tem agitant. ego te ceuentem Sexte verebor?
...famis Varillius ait, quo deterior te?

In eos qui impudenter aliorum vitam censebant, cū ipsi vitijs intercutibus maderent. Plena gypso Chry. i. Virtutis fuco, quasi gypso, illita. Fuit enim Chrysippus ex secta Stoicorum, qui virtuti omnia tribuebant.

*al. harū est. Marisca fici genus, & hulcus, quod medici fungum vocant.

Tolerabilior apertè malus quàm hypocrita, & feuerus.

Culpa careat necesse est, alieni vitij castigator.

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus,
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo,
Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Sylla si dicant discipuli tres?

Qualis. Domitianus Iuliam fratris filiam, quę marito nupserat, corrupit, reuocata lege Iulia. Leges amaras: Iuliam Augusti intelligit: qua lege adulterium capitale factum est, vt pœna mors esset. Ironia.

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu? qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus, atq; ipsis Veneri, Martique timendas,
Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vulnam
Solueret, & patruo similes effunderet offas.
Nónne igitur iure, ac merito vitia vltima fictus
Contemnunt Scauros, & castigata remordent?
Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia? dormit?
Ad quem subridens: felicia tempora, qua te
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem:
Tertius e cœlo cecidit Cato. sed tamen vnde
Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.

Lex Scatinia contra eos qui muliebria patiebãtur, quos peculiariter insectatur poeta hac satyra. Lex autem hæc illis, qui pudicitiam suam prostituissent, pœnam irrogauit decem millia nummum.

Quòd si vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia: respice primùm,
Et scrutare viros: faciunt hi plura, sed illos
Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia: non erit vllum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tædia nondambit Cluuiam, nec Flora Catullam:
Hospo subit iuuenes, & morbo pallet vtraque.
Nunquid nos agimus causas? ciuilia iura

Nouimus?

...mus? aut vllo strepitu fora vestra mouemus?
...tantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
...lanam trahitis, calathisq; peracta refertis
...era, vos tenui prægnantem stamine fusum
...elope meliùs, meliùs torquetis Arachne:
...rrida quale facit residens in codice pellex.
Notum est, cur solo tabulas impleuerit Hister
...erto, dederit viuus cur multa puellæ.
...es erit, magno quæ dormit tertia lecto.
...nube, atque tace. donant arcana cylindros,
...nobis post hæc tristis sententia fertur:
...t veniam coruis, vexat censura columbas.
...gerunt trepidi vera, ac manifesta canentem
...icidæ. quid enim falsi Laronia? sed quid
...n facient alij, cum tu multitia sumas
...itice? & hanc vestem populo mirante perores
...Proculas, & Pollineas? est mœcha Labulla:
...mnetur, si vis, etiam Carphinia: talem
...n sumet damnata togam. sed Iulius ardet,
...stuo: nudus agas, minùs est insania turpis.
...habitum, quo te leges, ac iura ferentem
...lneribus crudis populus modò victor, & illud
...ontanum positis audiret vulgus aratris.
Quid? non proclames, in corpore iudicis ista
...videas? quæro an deceant multitia testem.
Acer, & indomitus, libertatisq; magister
Critice pelluces: dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,

Colliphia: panes quibus vtebantur athletæ. Virorum mollities.

Hister Pacuuius, cuius alibi meminit qui libertum hæredem reliquit, ob turpitudinem ab illo sibi præstitam.

Multitia: vestes sunt muliebres ex serico cõfectæ. Maior est honestatis ratio in adultera si in publicũ procederet, quã in te, qui eius rei censuram tibi assumis, cum sis ipse perditissimus.

Duplici similitudine ostendit, quàm grauiter peccẽt, qui, cum alios corrigerent, sunt ipsi scelerati ssimi: vtpote qui exemplo magis, quam peccato, noceant: & quorum

sceleris contagio in alios manare soleat.

In sacerdotes Mineruæ, quos in Albano Domitianus instituerat.

Baptæ Eupolidis comœdia, in sacra quę Cotyttia dicebantur in quibus peruigilabant, non sine flagitijs.

*al. tinctum. Actor. Hemistichium Virgilianum ironicè speculũ hominis fortissimi spoliũ vocans.

Vuaq́, conspecta liuorem ducit ab vua.
Fœdius hoc aliquid quandoque audebis amictu,
Nemo repente fuit turpissimus: accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo,
Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere deam: sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen,
Solis ara deæ maribus patet: ite profanæ
Clamatur, nullo gemit hîc tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt orgia teda
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tactum*
Obliqua producit acu, pingítque trementes
Attollens oculos, vitreo bibit ille Priapo,
Reticulumq́, comis auratum ingentibus implet,
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa,
Et per Iunonem domini iurante ministro.
Ille tenet speculum patici gestamen Othonis,
Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet,
Res memoranda nouis annalibus, atque recenti
Historia speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia ciuis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati,
Et pressum in faciem digitis extendere panem,
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.

Hic

nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ:
turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
ertas, & crine senex phanaticus albo
rorum antistes, rarum, ac memorabile magni
turis exemplum, conducendúsque magister.
tamē expectat, Phrygio quos tēpus erat iam
re superuacuam cultris abscindere carnem?
dringenta dedit Gracchus sestertia dotem
ncini, siue hic recto cantauerat ære.
ata tabulæ, dictum feliciter, ingens
sedet gremio iacuit noua nupta mariti.
ceres censore opus est, an aruspice nobis?
licet horreres, maioráque monstra putares,
ulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
menta, & longos habitus, & flammea sumit,
cano qui sacra ferens nutantia loro
auit clypeis ancilibus. ô pater vrbis
nefas tantum Latijs pastoribus? vnde
tetigit, Gradiue, tuos vrtica nepotes?
ditur ecce viro clarus genere atq; opibus vir:
galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
quereris patri. vade ergo, & cede seuerí
eribus campi, quem negligis. Officium cras
mo sole mihi peragendum in valle Quirini.
ua caussa officij? quid quæris? nubit amicus,
multos adhibet, liceat modò viuere, fient,
ent ista palam, cupient & in acta referri.
erea tormentum ingens nubentibus hæret,
uod nequeūt parere: & partu retinere maritos.

Recto ære, tubicen erat inquit, aut certè cornicen.

Sallij Martis sacerdotes soli Ancyle è cœlo delapsum ferebāt, & pertractabant.

Pœna matrimonij fœdè contracti, vt nunquam pariat nupta.

Sed melius, quòd nil animis in corpore iuris
Natura indulget, ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt condita pixide Lyde,
Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco.
Vicit & hoc monſtrũ tunicati fuſcina Gracchi
Luſtrauit q3 fuga mediam gladiator arenam,
Et Capitolinis generoſior, & Marcellis,
Et Catulis, Paulisq3 minoribus, & Fabijs, &
Omnibus ad podium ſpectantibus, his licet ipſe
Admoueas, cuius tunc munere retia miſit.
Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,
Atque vna tranſire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius quid ſenſit, & ambo
Scipiadæ? quid Fabricius? manesq3 Camilli?
Quid Cremera legio? et Cãnis cõſumpta inuidia
Tot bellorum animæ? quoties hinc talis ad illos
Vmbra venit, cuperent luſtrari, ſiqua darentur
Sulfura cum tedis, & ſi foret humida laurus.
Illuc heu miſeri traducimur. arma quid vltra
Littora Iuuernæ promouimus? & modò captas
Orcadas? ac minima contentos nocte Britannos?
Sed quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe,
Non faciunt illi, quos vicimus, & tamen vnus
Armenius Zelates cunctis narratur ephebis,
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno.
Aſpice quid faciunt commercia: venerat obſeſſi.
Hic fiunt homines: nam ſi mora longior vrbem

Indul

Fuſcina, Iudus gladiatorius, in quo Retiarius fuſcina & reti vtebatur.

Si inquit, crederet eſſe inferos, is cuius iuſſu tot trucidentur, non exhiberet gladiatores cum tanta carnificina, ſed certè crederet, ſi ſaperet.

Ad Cremerã Etruriæ flumen cæſi ſũt 306. Fabij. Cannis autẽ Apuliæ oppido cæſa ſunt Romanorum quadraginta quinque millia.

Zelates obſes Armenius contagione morum corruptus, turpe obſequium tribuno præſtitit.

...lsit pueris, non vnquam deerit amator:
...tentur bracæ, cultelli, fræna, flagellum,
...prætexatos referuut Artaxata mores.

SATYRA III.

Vamuis digressu veteris confusus amici,
Laudo tamẽ vacuis quòd sedem figere Cumis
...stinet, atque vnum ciuem donare Sibyllæ.
...a Baiarum est, & gratum littus, amœni
...ssu, ego vel Prochytam præpono Suburræ.
...quid tã miserum, & tã solũ vidimus, vt non
...erius credas horrere incendia, lapsus
...orum assiduos, ac mille pericula sæuæ
...is, & Augusto recitantes mense poetas?
...cum teta domus rheda componitur vna,
...stitit ad veteres arcus, madidamq́ Capenam,
...c vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ.
...c sacri fontis nemus, & delubra locantur
...eis, quorum cophinus, fœnúmque suppellex.
...nis enim populo mercedem pendere iussa est
...rbor, & eiectis mendicat sylua camœnis.
...vallem Ægeriæ descendimus, & speluncas
...ssimileis veris. quanto præstantius esset
...men aquæ, viridi si margine clauderet vndas
...erba, nec ingenuum violarent marmora tophũ?
...ic tũc Vmbritius: Quãdo artibus, ĩquit, honestis
...ullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum,
...es hodie minor est, here quàm fuit, atq; eadẽ cras
ndas, homo ſum. Nihil eſt audacius illis
enſis: iram atque animos a crimine ſumunt.
hæc mõſtra tamen, vel quo de fonte requiris?
labat caſtas humilis fortuna Latinas
dam, nec vitijs contingi parua ſinebat
labor, ſomnoq; breues, & vellere Tuſco
ta, duraq; manus, ac proximus vrbi
nibal, & ſtantes Collina in turre mariti.
patimur longæ pacis mala: ſæuior armis
xuria incubuit, victumq; vlciſcitur orbem.
lum crimen abeſt, facinuſq; libidinis, ex quo
ertas Romana perit: hinc fluxit ad Hiſtros,
ybaris colles: hinc & Rhodos, atque Miletos,
coronatum & petulãs, madidúmq; Tarentũ.
na peregrinos obſcœna pecunia mores
uit, & turpi fregerunt ſecula luxu
itia molles: (quid enim Venus ebria curat?)
nis & capitis quæ ſint diſcrimina, neſcit.
dia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet,

*Curruca legunt alij, vt ſit is, qui alienos liberos pro ſuis educat.

Mulieres in libidine deprehenſæ, omnem pudorem amittũt. Vnde morum corruptela, inquit, niſi ex diuturno otio & ſecunda fortuna Quanto rerum cuique minus, tanto minus ſolet eſſe cupiditatis.

Hiſtri, & Sybaritę populi voluptatibus addictiſſimi, vnde ab his hiſtriones, ab illis Sybariticæ deliciæ appellatæ.

Tectũ ebrijs ambulare videtur, & lucernę prę vertigine duplices apparere.

Cum perfusa mero spumant vnguenta falerno:
Cum bibitur concha: cum iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.
I nunc, & dubita, qua sorbeat aëra sanna
Tullia, quid dicat notæ Collatia Maurę,
Maura pudicitiæ veterem quum praterit aram.
Noctibus hîc ponunt lecticas, micturiunt hîc,
Effigiémque Deæ longis siphonibus implent,
Inque vices equitant, ac Luna teste mouentur,
Inde domos abeunt: tu calcas luce reuersa
Coniugis vrinam magnos visurus amicos.
Nota Bonæ secreta deæ, quum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, vinóque feruntur
Attonitæ, crinémque rotant vlulante Priapo
Mænades: O quantus tunc illis mentibus ardor!
Concubitus: quæ vox saltante libidine: quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens.
Lenonum ancillas posita Lausella corona
Prouocat, & tollit pendentis præmia coxæ.
Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat.
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Nil tibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi iam frigidus æuo
Laomedontiades, & Nestoris hernia possit.
Tunc prurigo morę impatiens, tũ fœmina simplex
Et pariter toto repetitur clamor ab antro.
Iam fas est, admitte viros, dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo:
Si nihil est, seruis incurritur: abstuleris spem
Seruorũ

σίφωνες fistulæ per quas aqua fluit, a sono quem videntur exprimere.

μαινάδες baccchę a furore sic dictę. ostendit autem sacra Bonæ deę çquè sacrilega, & flagitiosa, ac Bacchanalia ipsa.

Hernia morbus qui Græcis κήλη & ἐντεροκήλη dicitur, autore Cornelio Celso.

Ieruorum, veniet conductus aquarius: hic si
Quaeritur, & desunt hoĩes, mora nulla per ipsam,
Quo minus imposito clunem summittat asello.
Atque vtinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes
Nouerunt Mauri, atque Indi, quae psaltria penem
Maiorem, quàm sint duo Caesaris Anticatones.
Illuc, testiculi sibi conscius vnde fugit mus,
Intulerit, vbi velari pictura iubetur,
Quaecunque alterius sexus imitata figuram est.
Et quis tunc hominũ contẽptor numinis? aut quis
Impunium ridere Numae, nigrúmque catinum?
Et Vaticano fragileis de monte patellas
Ausus erat? Sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram: cohibe: Sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est, & ab illis incipit vxor.
Iamq́ eadem summis pariter, minimísque libido,
Nec melior, pedibus silicem quae conterit atrum,
Quàm quae longorum vehitur ceruice Syrorum.
Vt spectet ludos conducit Ogulnia vestem:
Conducit comites, sellam, ceruical, amicas,
Nutricem, & flauam, cui det mandata puellam.
Haec tamen argenti superest quodcunque paterni
Laeuibus athletis, ac vasa nouissima donat.
Multis res angusta domi est, sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec se metitur ad illum,
Quẽ dedit haec, posuitq́ modũ: tamẽ vtile quid sit
Prospiciunt aliquãdo viri, frigúsque, famémque,

Anticatones libri duo Cęsaris in Catonem Vticensem, in cuius laudes scripserat Cicero libellũ.

Clodius sumpta muliebri veste Pompeiam Cæsaris vxorem in sacris Bonę deę violauit.

Quædam ita ambitiosę sunt, vt cum sint pauperes tamen splendidę videri velint, neque habent rationem tenuitatis suæ, sed ita sumptum faciũt, perinde ac si nasceretur illis pecunia.

Formica tandem quidam expauere magistra,
Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum,
Ac velut exhausta redituus pullulet arca
Nummus, & e pleno semper tollatur aceruo,
Non vnquam reputat quanti sibi gaudia constent.
Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barba,
Et quòd abortiuo non est opus: illa voluptas
Summa tamen, quòd iã calida, & matura inuenta
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro,
Ergo expectatos, ac iussos crescere primùm
Testiculos, postquam cœperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus
Conspicuus longè, cunctísque notabilis intrat
Balnea, nec dubia custodem vitis, & horti
Prouocat a domina factus spado: dormiat ille
Cum domina. Sed tu iam durum Posthume, iamq;
Tondendum eunucho Bromium committere noli.
Si gaudet cantu, nullius sibula durat
Vocem vendentis prætoribus, organa semper
In manibus, densi radiant testudine tota
Sardonyches: crispo numerantur pectine chorda.
Quo tener Hedymeles operã dedit, hunc tenet, hoc
Solatur, gratóque indulget basia plectro.
Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti
Cum farre & vino Ianum, Vestámque rogabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere. Quid faceret plus
Ægrotante viro? medicis quid tristibus erga
Filiolum?

ἐυνοῦχοι, qui & spadones dicti ab eo quòd cubiculis præsint.

Tonsoris dãno fiebant spadones, quia barbam non producunt.

Immodica earum voluptas ex musica.

Quædam ex nobili familia Ianum rogabat an Pollio citharœdus futurus esset vi-

Filiolum? ſtetit ante aram, nec turpe putauit
Procythara velare caput, dictatáque verba
Protulit (vt mos eſt) & aperta palluit agna.
Dic mihi nunc quæſo, dic antiquiſſime diuûm,
Reſpondes his Iane pater? magna ocia cœli.
Non eſt (vt video) non eſt, quid agatur apud vos,
Huc de comœdis te conſulit: illa tragœdum
Commendare volet, varicoſus fiet aruſpex.
Ad cantet potiùs, quàm totam peruolet vrbem
Audax, & cœtus poſſit quàm ferre virorum.
Nimá, paludatis ducibus, præſente marito,
Ipſa loqui recta facie, ſtrictíſque mamillis.
Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe:
Quid Seres, quid Thraces agant, ſecreta nouercæ,
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter.
Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Eſſe, quibus verbis cõcumbat quæq; modis quot
Stantem regi Armenio, Parthóque cometen
Prima videt, famam, rumoréſque illa recenteis
Excipit ad portas, quoſdam facit iſſe Nephatem
Populos, magnóque illic cuncta arua teneri
Diluuio, nntare vrbeis, ſubſidere terras,
Quocunque in triuio, cuicunque eſt obuia narrat.
Ac tamen id vitium magis intolerabile, quàm q̃
Vicinos humileis rapere, & concidere loris
Curata ſolet. nam ſi latratibus alti
Pungnntur ſomni, fuſtes huc ocyus, inquit,
Afferte, atque alijs dominum iubet ante feriri,
Incude canem: grauis occurſu, teterrima vultu

Balnea

ctor in certamine Capitolino.

Varicoſus. nimiùm diu ſtando venæ intumeſcunt, & in varices cõuertuntur. Mulierum curioſitas & loquacitas.

Niphates Armeniæ fluuius, & mons eiuſdem nominis.

Etiam exorata ſæuit in ſupplices ob rem leuiculã.

Balnea nocte subit: conchas, & castra moueri
Nocte iubet, magno gaudet sudare tumultu,
Cum lassata graui ceciderunt brachia massa,
Callidus, & cristæ digitos impressit Aliptes,
Ad summum dominæ femur exclamare coëgit.
Conuiuæ miseri interea somnóque, faméque
Vrgentur: tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vrna
Admotum pedibus, de quo sestarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
Dum redit, & terram luto ferit intestino.
Marmoribus riui properant, aut lata Falerno
Peluis olet (nam sic tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit, & vomit) ergo maritus
Nauseat, atque oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen grauior, quæ cum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ,
Committit vates, & comparat inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet: nec causidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pleues, & tintinnabula dicas
Pulsari. iam nemo tubas, atque æra fatiget,
Vna laboranti poterit succurrere lunæ.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet,
Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Strepitus, & apparatus, dũ lauant in balneis.

Pedibus: seruis, quibus apponebatur pessimum vinum, quo vomitum prouocabant, vt esset maior edendi appetitus.

Inter pocula de poetis disputat, vt Virgiliũ laudet, qui ita scitè causas necis Didonis descripserit, vt illi possit ignosci, si sibi mortem consciuit.

Non

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit
Dicendi genus: aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema: nec historias sciat omnes.
Sed quædam ex libris, & non intelligat: odi
Hanc ego, quæ repetit, voluitq́; Palæmonis artem,
Seruata semper lege, & ratione loquendi,
Ignotósque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicæ castigat amicæ
Verba, solœcismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nil est, quàm fœmina diues:
Interea fœda aspectu, ridendáque multo
Pane tumet facies, aut pinguia poppæana
Aperat, & huic miseri viscantur labra mariti.
Ad mœchum veniet lota cute quando videri
Vult formosa domi? mœchis foliata parantur:
Emitur his quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum: et tectoria prima reponit:
Incipit agnosci, atque illo lacte fouetur,
Propter quod secum comites educit asellas,
Exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atq; fouetur
Tot medicaminibus, coctæq́; siliginis offas
Accipit, & madidæ, facies dicetur, an vlcus?
Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agiténtque die, si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponunt

Vxor non nimium sit erudita.

Palæmon grammaticus arrogantissimus, qui se Poëtarum arbitrum ex Virgilij versu dicebat: Audiat hæc tantum, vel qui venit ecce Palæmon Elenchos, vniones fastigiata longitudine vt ait Plinius. Foliata, vnguenta ex spicis nardi, ac folijs pretiosissima.

Offas: frusta panis macerati cum lacte asinino ad tollendas rugas.

Cosmeta

Annua, stipendium, aut victum vnius anni, qua voce Suetonius in Tiberio vsus est.

Cosmeta tunicas, tardè veniſſe Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere ſomni
Cogitur: hic frangit ferulas: rubet ille flagellis:
Hic ſcutica: ſunt quæ tortoribus annua præſtent.
Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicus,
Aut latum pictæ veſtis conſiderat aurum,
Et cædens longi relegit tranſacta diurni,
Et cædit, donec laſſis cædentibus, Exi
Intonet horrendum iam cognitione peracta.

Sicula aula, quæ tyrannos ſemper aluit.

Profectura domus Sicula non mitior aula.
Nam ſi conſtituit, ſolitoque decentius optat
Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis,
Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ,
Componit crinem laceratis ipſa capillis,

Λενὰς ſtilla & ancillæ nomen apud Ouidiũ e Dianæ miniſtris vna.

Nuda humeros Pſecas infelix, nudis q; mamillis.
Altior hic quare cincinnus? Taurea punit
Continuo flexi crimen, facinúſque capilli.
Quid Pſecas admiſit? quænã eſt hic culpa puella,
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera lauum
Extendit, pectítque comas, & voluit in orbem.
Eſt in conſilio matrona, admotáque lanis
Emerita quæ ceſſat acu: ſententia prima

Mulierum in ornatu ſuo curioſitas nimia.

Huius erit, poſt hanc ætate, atque arte minores
Cenſebunt, tanquam famæ diſcrimen agatur,
Aut animæ, tanti eſt quærendi cura decoris.

Andromachen, quę procera a poëtis fingitur.

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altũ
Ædificat caput: Andromachen a fronte videbis,
Poſt minor eſt: aliam credas. cedo ſi breue parui
Sortita eſt lateris ſpatium, breuiórque videtur

Virgine

Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
Damnorum: viuit tanquam vicina marito,
Hoc solo propior, quòd amicos coniugis odit,
Et seruos, grauis est rationibus: ecce furentis
Bellonæ, matrísque deûm chorus intrat, & ingens
Semiuir obscœno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa,
Lampridem cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia vestitur bucca Tiara.
Grãde sonat, metuiq́; iubet Septembris, & Austri
Aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis,
Et xerampelinas veteres donauerit ipsi,
Vt quicquid subiti, & magni discriminis instat,
Intunicas eat, & totum semel expiet annum.
Hybernum facta glacie descendet in amnem:
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Porticibus timidum caput abluet: inde superbi
Totum regis agrum nuda, ac tremebũda cruentis
Ripiet genibus: si candida iusserit Io,
Ibit ad Ægypti finem, calidasq́; petitas
Ad Meroë portabit aquas, vt spargat in æde
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili.
Credit enim ipsius domina se voce moueri.
Tu animam, et mẽtem, cũ qua Dij nocte loquũtur.
Ergo hic præcipuũ, summúmq; meretur honorem,
Qui grege linigero circundatus, & grege caluo
Plangentis populi currit derisor Anubis.

Maritine meminit quidẽ, nisi vt eius amicos odio prosequatur.

Ingens semi. antistes, quẽ alij reuerentur sacerdotes: notat autem mulierũ superstitionem.

ξηραμπελιναὶ vestes atri coloris, atq; ξυλαμπελινὰς legunt lini enim genus xylon.

Templum Isidis in campo Martio.

Anubis sa-

Ille

cerdos Isidis, fuit autē Osiridis filius, ab Ægyptijs prō deo cultus.

Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor
Concubitu sacris, obseruandisq́; diebus,
Magnáque debetur violata pœna caduceo.
Et mouisse caput visa est argentea serpens.
Illius lachrymis, meditataque murmura præstat,
Vt veniam culpæ non abnuat, ansere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.

πόπανον ait Suidas, placenta tenuis, & rotūda.

Cum dedit ille locum, cophino fœnóque relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia cœli.

Iudæorum impostura.

Implet & illa manum, sed parcius ære minuto
Qualiacunque voles Iudæi somnia vendunt.

Habetur quidem inquit fides Armenijs vatibus sed maior Chaldæis. Maior item sceleratissimo cuique, cuiusmodi fuit Seleucus astrologus, cuius consilio Galba imperator ab Othone iugulatus est. al. fonte.

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, vel Commagenus aruspex
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri, faciet quod deferat ipse.
Chaldæis sed maior erit fiducia: quicquid
Dixerit astrologus, credent a fronte relatum*
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul,
Cuius amicitia, conducendáque tabella
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.
Inde fides arti sonuit si dextera ferro,
Læuáq́; si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo Mathematicus genium indēnatus habebit
Sed qui penè perit, cui vix in Cyclada mitti

Contigit

...igit, & parua tandem caruisse Seripho,
...sulit ictericæ lento de funere matris:
...te tamen de te Tanaquil tua, quando sororem
...rat, & patruos, an sit victurus adulter
...ipsam: quid enim maius dare numina possunt?
...tamen ignorat quid sydus triste minetur
...rni, quo læta Venus se proferat astro,
...mensis damno, quæ dentur tempora lucro.
...occursus etiam vitare memento,
...ius manibus ceu pinguia succina tritas
...nis ephemeridas, quæ nullum consulit, & iam
...sulitur, quæ castra viro, patriamq́ petente
...ibit pariter numeris reuocata Thrasylli.
...d primum lapidem vectari cum placet, hora
...itur ex libro: si prurit frictus ocelli
...ngulus, inspecta genesi collyria poscit.
...ra licèt iaceat, capiendo nulla videtur
...ptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.
...mediocris erit, spatium lustrabit vtrumque
...tarum, & sortes ducet, frontémq́, manumq́
...ebebit vati crebrum poppysma roganti.
...uitibus responsa dabit Phryx augur, & inde
...nductus dabit astrorum, mundiq́ peritus:
...que aliquis senior, qui publica fulgura condit.
...beium in circo positum est, & in aggere fatum.
...ua nudis longum ostendit ceruicibus aurum,
...nsulit ante Phalas, delphinorúmq́ columnas,
...n saga vendenti nubat caupone relicto:
...tamen & partus subeunt discrimen, & omnes

Nonnullæ in parentũ mortem inquirunt, non solùm maritorum, cum morbo laborant ancipiti.

ἐφεμερίδας quas latini diaria vocant. Sentit autẽ eas, quæ omnia ex astrorum præscripto faciunt.

Petosiris insignis astrologus Plinio teste lib. 7.

Phalę, turres æditę, & ligneæ ad spectandum erectæ.

Diuites matronę fœtus pharmacis necant plerunque, aut sterilitatem inducunt.

Nutricis tolerant fortuna vrgente labores.
Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantum artes huius, tantum medicamina possunt
Quæ sterilès facit, atq; homines in ventre necãdos
Conducit. gaude infelix, atque ipse bibendum
Porrige quicquid erit. nam si distendere vellet,
Et vexare vterum pueris salientibus, esses

Suppositos nothos & supposititios, quos pro suis educant patres.

Æthiopis fortasse pater: mox decolor heres
Impleret tabulas, nunquam tibi manè videndus.
Transeo suppositos, & gaudia, votáque sæpe

Thessalia regio Græciæ est Macedoniæ contermina, in qua summa erat venefiearum copia, vnde veneficia sæpe Thessala dicuntur a poëtis.

Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos
Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso
Corpore laturos. stat fortuna improba noctu
Arridens nudis infantibus: hos fouet omnes,
Inuoluitq; sinu, domibus tunc porrigit altis,
Secretúmque sibi mimum parat: hos amat, his se
Ingerit, atque suos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus: hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti,

φίλτρα veneficia, quibus amor conciliatur.

Et solea pulsare nates. quòd despis, inde est,
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum,

Auunculus Neronis, Caligula imperator, qui ab vxore dato hippomane in furorem versus est, quo correptus multos variis supplicijs affecit.

Quas modò gessisti: tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit: quæ non faciet, quod principis vxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
Non aliter, quàm si feciſſet Iuno maritum
Insanum: minùs ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus: siquidem vnius præcordia pressit

Ille

senis, tremulúmque caput descendere iussit
cælum, & longam manantia labra saliuam:
poscit ferrum atque ignes, hæc potio torquet,
lacerat mistos equitum cum sanguine patres.
ti partus equæ, quanti vna venefica confiat.
erunt natos de pellice: nemo repugnet,
mo vetet, iamiam priuignum occidere fas est.
ego pupilli moneo, quibus amplior est res,
stodite animas, & nulli credite mensæ.
uida materno feruent adipata veneno.
Mordeat antè aliquis, quicquid porrexerit illa,
ue peperit: timidus prægustet pocula papas.
gimus hæc, altum Satyra sumente cothurnum
licet, & finem egressi, legémque priorum.
ande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis, cœlóque Latino:
os vtinam vani, sed clamat Pontia feci,
nfiteor, puerisque meis aconita paraui,
ua deprensa patent, facinus tamen ipsa peregi.
ne duos vna sæuissima vipera cœna?
ne duos? septem, si septem fortè fuissent.
redamus Tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur, & Progne, nil contrà conor, & illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus. sed
Non propter nummos minor admiratio summis
Debetur monstris, quoties facit ira nocentem
Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites, vt saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cliuóque latus pendente recedit.

Senis: Claudij Cęsaris, quem Agippina veneno sustulit, quò Nero suus filius ex Domitio susceptus imperio potiretur.

Matrum crudelitas in proprios filios.

Pontia, quę vt adultero nuberet, duos filios veneno sustulit cuius meminit Martialis. O mater qua nec Pontia deterior.

Minus flagitiosum, si iratæ quid designauerit, quē destinato animo.

Alceſtis pro Admeti viri ſui ſalute morti ſponte ſe dedit: cum audiret ipſum ad incolumitatem rediturum, ſi quis pro eo mori vellet. Hodie, inquit, paſſim maritos necant, ſed ferè veneno, niſi antidotis muniantur.

Illam ego non tulerim, quæ computat, & ſcelus
Sana facit, ſpectant ſubeuntem fata mariti (g
Alceſtim, & ſimilis ſi permutatio detur
Morte viri cupiant animam ſeruare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphyle,
Manè Clytemneſtram nullus non vicus habebit.
Hoc tantum refert, quòd Tyndaris illa bipenne
Inſulſam, & fatuam læua, dextraq; tenebat,
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ:
Sed tamen & ferro, ſi præguſtaret Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

SATYRA VII.

Ad Teleſinũ poëtã, quòd nulla ſpes emolumenti ſit ſtudioſis, niſi fortè ab vno Troiano Cæſare.

ET ſpes, & ratio ſtudiorum in Cæſare tantùm?
Solus enim triſtes hac tempeſtate camœnas
Reſpexit, cum iam celebres, notiq; poëtæ
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos
Tentarent: nec fœdum vlly, nec turpe putarent
Præcones fieri, cum deſertis Aganippes
Vallibus, eſuriens migraret in atria Clio.
Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur, ames nomen, victumq; machæra,
Et vendas potius, commiſſa quod auctio vendit
Stantibus œnophorum, tripodes, armaria, ciſtas
Hoc ſatius, quàm ſi dicas, ſub iudice vidi,
Quod non vidiſti: faciant equites Aſiani,
Quanquã et Cappadoces faciãt, equiteſq; Bithyni,
Nemo tamen ſtudijs indignum ferre laborem

Aganippe fons Bœotiæ Apollini & muſis ſacer.

Halcy, tragœdiam de Halcyone Ceyes vxore. Aſianorũ fidem eleuat & Cicero in oratione pro L. Flacco.

Cogetur

...tur posthac, nectit quicunque canoris
...ium vocale modis, laurúmque momordit.
...agite ó iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,
...teriámque sibi ducis indulgentia quærit.
...a aliunde putas rerum expectànda tuarum
...sidia, atque ideo croceæ membrana tabellæ
...letur, lignorum aliquid posce ocyus, & quæ
...ponis, dona Veneris, Telesine, marito,
...t claude, & positos tinea pertunde libellos.
...ge miser calamos, vigilatáque prælia dele,
...facis in parua sublimia carmina cella,
...gnus venias ederis, & imagine macra.
...nulla vlterior, didicit iam diues auarus
...tum admirari, tantum laudare disertos,
...pueri Iunonis auem. sed defluit ætas
...pelagi patiens, & cassidis, atque ligonis:
...dia nunc subeunt animos, tunc seq́, suámque
...rpsichoren odit facunda, & nuda senestus.
...ccipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,
...em colis, & musarum, & Apollinis æde relicta.
...e facit versus, atque vni cedit Homero
...opter mille annos, at si dulcedine famæ
...ccensus recites, Maculònus commodat ædes,
...Ac longè ferrata domus seruire iubetur,
...qua solicitas imitatur ianua portas.
...cit dare libertos extrema in parte sedentes
...rdinis, & magnas comitum disponere voces,
...emo dabit regum, quanti subsellia constent:
...t quæ conducto pendent anabathra tigillo:

Ducis. Traianum intelligit cuius benignitate ingenia alebãtur.

Veneris marito Vulcano combure potiùs, quę scripseris, quàm ea sine emolumento edi patiaris.

Iun: auem περίφρασις pauonis, qui Iunoni sacer est.

Diues fortasse commoditates suas recitaturo: sed prętereà nihil.

Poëtę tametsi suo magno malo, nō possunt auelli a scribēdo, morbo quodam inueterato infecti.

Quæq; reportandis posita est orchestra cathedris
Nos tamen hoc agimus, tenuiq; in puluere sulcos
Ducimus, & littus tenui uersamus aratro.
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali; tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.
Sed uatem egregium, cui non sit publica uena:
Qui nihil expositum soleat deducere: nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta:
Hunc, qualem nequeo monstrare, & sentio tantū,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus syluarum, aptúsque bibendis

Consummatus poëta esse nō potest, qui paupertate vexatur. Non possunt quicquam eximij meditari poëtę, nisi Apollinis & Bacchi furore agitentur, & curis vacent.

Fontibus Aonidum. neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsúmue potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte, diéque
Corpus eget, satur est, cum dicit Horatius, ohe.
Quis locus ingemo? nisi cum se carmine solo
Vexant, & dominis Cyrrhæ, Nysæq; feruntur
Pectora nostra duas non admittentia curas?
Magna mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitæ, currus, & equos, faciesque deorum
Aspicere, & qualis Rutulum confundat Erinnys.

Erinnys Alecto, quę Turnum ad bellum suscipiēdum compellit. Æneid. libro 7.

Nam si Virgilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a crimibus hydri:
Surda nihil gemeret graue buccina, poscimꝰ, vt sit
Non minor antiquo Rubrenus lappa cothurno.
*Cuius & *albiolos, & lęuam pignorat Atreus?*
Non habet infelix Numitor, quod mittat amicæ:
Quintilla quod donet, habet: nec defuit illi

al. aibia.

Vnde

le emeret multa paſcendum carne leonem
domitum, conſtat leuiori bellua ſumptu
inum, & capiunt plus inteſtina poëta.
tentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis, & Sarrano, tenuíque Saleio.
ria quantalibet, quid erit, ſi gloria tantùm eſt?
ritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ
habitos, lætam facit cum Statius vrbem,
mmiſitq; diem: tanta dulcedine captos
fficit ille animos, tantáque libidine vulgi
uditur: ſed cum fregit ſubſellia verſu,
rit, intactam Paridi niſi vendat Agauen.
& militiæ multis largitur honorem,
meſtri vatum digitos circumligat auro.
uod nõ dant proceres, dabit Hiſtrio. tu Camerí-
Bareas, tu nobilium magna atria curas, (nos
refectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
laud tamen inuideas vati, quem pulpita paſcunt.
Quis tibi Mæcenas? quis nũc erit aut Proculeius,
ut Fabius? quis Cotta iterũ? quis Lẽtulus alter?
nunc par ingenio pretium, nunc vtile multis
Pallere, & vinum toto neſcire Decembri.
Deſter porro labor fœcundior hiſtoriarum
Scriptores, petit hic plus temporis, atque olei plus.
Namque oblita modi milleſima pagina ſurgit
Omnibus, & creſcit, multa damnoſa papyro.
Sic ingens rerum numerus iubet, atq; operum lex.
Qua tamen inde ſeges? terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit hiſtoricæ, quantum daret acta legenti?

Diuites habent vnde alant leones: vnde poëtas alant nõ habent.

Salei poëtę egregij, ſed pauperis meminit Tacitus.

Statius alioqui poëta optimus nullũ habet, qui det quicquã, præter vnum Paridem hiſtrionem.

Proculeius ęques liberaliſſimus in fratres ſuos ſpoliatos bello ciuili.

Hiſtoriarum ſcriptores.

Sed genius ignauum, quod tecto gaudet & vmbra

Causidicorũ mores: & loquacitas.

Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia? & magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant, sed tunc cum creditor audit
Præcipuè, vel si tetigit latus acrior illo,

Nomen pro debito vsurpauit vt Horat. Nomina sectatur. &c.

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
Tunc immensa cauis spirant mendacia folles,
Conspuitúrque sinus: veram deprendere messem
Si libet hinc centum patrimonia causidicorum,
Parte alia solum Russati pone Lacerta.

Consed. Hemistichium Ouidij, ex Metamorph. 13. Scal. quæ genonię dicebantur in quas rei vnco trahebantur.

Consedêre duces: surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice: rumpe miser tensum iecur: vt tibi lasso
Figantur virides scalarum gloria palmæ.
Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas
Pelamydũ, aut veteres Aphrorũ epimenida bulbi.
Aut vinum Tiberi deuectum quinque lagena,
Si quater egisti, si contigit aureus vnus,
Inde cadunt partes in fœdere Pragmaticorum.
Æmilio dabitur, quantum petet, & melius nos
Egimus, huius enim stat currus aheneus, alti
Quarijuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus, & statuas meditatur prælia lusca.
Sic Pedo conturbat, Matho deficit. exitus hic est

Rhinocer. vasse ex rhinocerotis cornu.

Tongilli, magno cum rhinocerote lauari
Qui solet, & vexat luculenta balnea turba:
Perq; forum iuuenes longo premit assere Medos
Empturos pueros, argentum, myrrhina, villas.

Spondet

...det enim Tyrio stlataria purpura filo.
...men hoc ipsis est vtile purpura vendit
...sidicum: vendunt amethystina: conuenit illis
...trepitu, & facie maioris viuere census.
...finem impensæ non seruat prodiga Roma.
...redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
...nc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingẽs
...icit hoc primum, qui litigat, an tibi serui
...decem comites, post te an sit sella, togati
...te pedes. ideo conducta Paulus agebat
...lonyche: atq; ideo pluris, quàm Cossus agebat,
...ám Basilus: rara in tenui facundia panno.
...ndo licet flentem Basilo producere matrem?
...is bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
...a, vel potius nutricula causidicorum
...phrica, si placuit mercedem imponere linguæ.
...clamare doces, ô ferrea pectora, Vecti,
...perimit sæuos classis numerosa tyrannos.
...quæcunq; sedens modò legerat, hæc eadẽ stans
...feret, atque eadem cantabit versibus ijsdem:
...idit miseros crambe repetita magistros.
...is color, & quod sit causæ, atque vbi summa
...stio, quæ veniant diuersa parte sagittæ.
...e volunt omnes, mercedem soluere nemo.
...rcedem appellas? quid enim scio? culpa docẽtis
...licet arguitur, quòd læua in parte mamillæ
...l salit Arcadico iuueni, cuius mihi sexta
...áque die miserũ dirus caput Annibal implet.
...icquid id est, de quo deliberat, an petat vrbem

Magno strepitu agit omnia, sed hoc expedit vt pluris fiat. Nam tanta est sęculi nostri stoliditas, vt nõ virtutem, sed splendorem spectemus. Rhetorũ misera cõditio, qui magno labore, sed nullo fructu docent iuuenes declamare.

Arc. si iuuenis sit hebeti & asinino ingenio imputatur pręceptori, quod nihil didicerit.

A Cannis, an post nimbos, & fulmina cautus
Circumagat madidas a tempestate cohortes.
Quantumuis stipulare, & protinus accipe, quod de
Vt toties illum pater audiat. ast alij sex
Bona pars inquit omissis frigidis declamatinnculis, se trãsferent ad veras causas agẽdas, si quidem mihi credent.
Et plures vno conclamant ore sophistæ,
Et veras agitant lites raptore relicto.
Fusa venena silent, malus, ingratúsque maritus,
Et quæ iam veteres sanant mortaria cæcos.
Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt
Consilia, & vitæ diuersum iter ingredietur,
Vberior quæstus redit citharœdis, quàm oratoribus, qui planè negliguntur, etiã ab ijs, qui nõ dubitant ingentem sumptum facere in rebus nihil ad rem facientibus.
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra,
Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti: quippe hæc merces lautissima: tenta
Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti
Lantorum pueros artem scindens Theodori,
Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit, an ne serenum
Expectet, spargátque luto iumenta recenti?
Hic potius: namq; hic mundæ nitet vngula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat cœnatio solem.
Quanticunque domus veniet, qui ferc ula docte
Componit, veniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sextertia Quintiliano
Vt multum duo sufficient: res nulla minoris
Constabit patri, quàm filius. vnde igitur tot
Quintilianiranæ felicitas.
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi. felix, & pulcher, & acer:
Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus

Apposita

positam nigræ lunam subtexit alutæ:
x, orator quoque maximus, & iaculator.
perfrixit, cantat bene. dixtat enim, quæ
rate excipiant modò primos incipientem
et vagitus, & adhuc a matre rubentem.
tuna volet, fies de rhetore consul:
let hæc eadem, fies de consule rhetor.
lius quid enim? quid Tullius, an ne aliud, quã
, & occulti miranda potentia fati?
is regna dabunt, captiuis fata triumphos,
ille tamen, coruo quoque rarior albo.
uinit multos vanæ, sterilisque cathedræ,
Thrasymachi probat exitus, atque Secundi
matis, & hunc inopem vidistis Athenæ,
rater gelidas ausæ conferre cicutas.
uaiorũ umbris tenuem, & sine põdere terrã,
untésque crocos, & in vrna perpetuum ver,
præceptorem sancti voluêre parentis
loco: metuens virgæ iam grandis Achilles
abat patrijs in montibus: & cui non tunc
ret risum citharœdi cauda magistri?
Ruffum, atque alios cædit sua quæq; inuẽtus,
um, qui toties Ciceronem Allobroga dixit,
gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert
tũ grãmaticus meruit labor? & tamẽ ex hoc
cung, est (minus est aũt, quàm rhetoris æra)
ipuli custos præmordet Acœnitus ipse,
u dispensat, frangit sibi, cede Palæmon,
uere inde aliquid decrescere, non aũter quam

Rhetor. cons. Hoc contigisse Quintiliano testatur Ausonius.

Ventidius ex muletriba consul factus est.

Thrasymachus & Secundus rhetores ob pretij exiguitatem, a professione destiterunt.

Ruffus orator, qui Ciceronem Gallicæ cuiusdam eloquentiæ esse dixit.

Institor hibernæ tegetis, niueique cadurci,
Dummodo non pereat, mediæ quod noctis ab hora
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sedebat,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dummodo non pereat totidem olfeciſſe lucernas,
Quot ſtabant pueri, cum totus decolor eſſet
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Ingratitudo in præceptores, quos mercede ſua defraudant parentes diſcipulorum.
Non egeat, ſed vos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori verborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes
Tanquam vngues, digitoſq; ſuos, vt forte rogatus
Indigna a præceptore exigunntur.
Dum petit, aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchiſæ: nomen, patriámque nouercæ
Archemori: dicat quot Aceſtes vixerit annis:
Quot Siculis Phrygibus vini donauerat vrnas.
Exigite, vt mores teneros ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cera vultum facit: exigite, vt ſit
Et pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus: non eſt leue tot puerorum
Obſeruare manus, oculóſque in fine trementes,
Quid a præceptoribus exigendum ſit.
Hæc, inquit, cures, & cum ſe verterit annus,
Accipe victori populus quod poſtulat aurum.

SATYRA VIII.

Ad Pontiçũ, de vera nobilitate, quæ non maiorũ imaginibus cenſenda eſt, ſed ab animi virtutibus.

STemata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Æmilianos,
Et Curios iam dimidios, naſumque minorem
Coruini, & Galbam auriculis, naſoque carentem

Qui

fructus generis tabula iactare capaci
osos equitum cum dictatore magistros,
ram Lepidis malè viuiturè effigies quò
bellatorum, si luditur alea pernox
Numantinos? si dormire incipit ortu
iferi, quò signa duces, & castra mouebant?
Allobrogicis, & magna gaudeat ara
us in Herculeo Fabius lare? si cupidus, si
ui, & Euganea quavtumuis mollior agna?
erum attritus Catinensi pumice lumbum
lentes traducis anos? emptórque veneni
gnda miseram funestat imagine gentem?
licèt veteres exornent vndique cerei
a: nobilitas sola est atque vnica virtus.
lus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto:
ante effigies maiorum pone tuorum:
cedant ipsas illi te consule virgas.
is mihi debes animis bona, sanctus haberi,
ciaq; tenax factis, dictisq; mereris:
uscoprocerem: salue Getulice, seu tu
unus quocunque alio de sanguine rarus
& egregius patriæ contingis ouanti.
lmare libet populus quod clamat Osiri
uo. quis enim generosum dixerit hunc, qui
nus genere, & præclaro nomine tantùm
is? nanum cuiusdam Atlanta vocamus:
iopem cygnum: paruam, extortaq; puellam
en: canibus pigris, scabieque vetusta
us, & siccæ lambentibus ora lucernæ.

Pumosos Magi. pro imaginibus magistrorũ, &c. Romani enim nobilitatem censebant ab maiorũ imaginibus. Imaginem antem non habuerunt, nisi qui curulem magistratũ gessissent.

Fab. Is tantũ à Fabij Maximi patris moribus degeneravit vt ei a prętore paternis bonis interdictum fit, authot Valerius lib. 3. li. 5 Vera nobilitas vndeproficiscatur.

Vide ne cum Creticus audis, aut Camerinus id per iocum dicatur, vt Pumilionem vocamus Atlantem.

Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc eſt,
Quod fremit in terris violentius. ergo caueb is,
Et metues, ne tu ſis Creticus aut Camerinus.
Hic ego quem monui? tecũ eſt mihi ſermo Rube
Rubellius Plancus, qui depulſo Nerone propter generis claritatem, ſucceſſor omnium ore petebatur: author Tacitus in Nerone.
Plance, tumes alto Druſorum ſanguine, tanqua
Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes:
Vt te conciperet, quæ ſanguine fulget Iuli,
Non quæ ventoſo conducta ſub aëre texit:
Vos humiles, inquis, vulgi pars vltima noſtri,
Quorũ nemo queat patriam monſtrare parent
Aſt ego Cecropides: viuas, & originis huius
Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies: ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indocti, veniet de plebe togata
Qui mris nodos, & legum ænigmata ſoluat.
Maior in plebeijs nonnũquam induſtria, quam in Torquatis quibuldam ſtupidiſſimis.
Hic petit Euphraten iuuenis, domitique Batani
Cuſtodes aquilas, armis induſtrius: at tu
Nili ſi Cecropides, trunco quæ ſimillimus Herm
Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quam quod
Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generoſa putet, niſi fortia? nempe volucre
Vt equus generoſus appellatur qui cæteros excellit curſu, vndecunque natus ſit, ita qui animi bonis cæteris præſtat.
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria circo:
Nobilis hic, quocunque venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore pulu
Sed venale pecus Corinthi, poſteritas &
Hirpini, ſi vera iugo victoria ſedit.
Nil ibi maiorum reſpectus, gratia nulla

Vmbram

drarum: dominos pretijs mutare iubentur
mus, tritoque trahunt epiredia collo
pedes, dignique molam versare Nepotis.
vt miremur te, non tua, primùm aliquid da,
d possim titulis incidere præter honores,
illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.
satis ad inuenum, quem nobis fama superbũ
lit, & inflatum, plenúmq; Nerone propinquo.
u enim fermè sensus communis in illa
una, sed te censeri laude tuorum
ice noluerim, sic vt nihil ipse futura
lis agas: miserum est aliorũ incumbere famæ,
collapsa ruant subductis tecta columnis:
eus humi palmes viduas desiderat vlmos.
bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
ter, ambiguæ si quando citabere testis,
itaque rei, Phalaris licèt imperet, vt sis
si, & admoto dictet periuria tauro,
mum crede nefas animam præferre pudori,
pter vitam viuendi perdere causas.
us morte perit, cœnet licèt ostrea centum
rana, & Cosmi toto mergatur aheno.
llata diu tandem prouincia cùm te
rem accipiet, pone iræ frena, modúmque,
& auaritiæ, miserere inopum sociorum.
ides regum vacuis exhausta medullis,
e quid moneant leges: quid curia mandet:
ia quãta bonos maneãt: quàm fulmine iusto
pito, & Tutor ruerint damnante senatu,

Nepos molitoris nomen cuius meminit Martialis. Proprijs factis quærenda nobilitas est: & ex virtute propria tituli imponendi.

Rarò fit vt non insigniter delipiant, qui oppibus innati sunt.

Nõ committas vt in alicuius gratiã periurus sis: etiam si pereundũ esset.

In magistratu, quid faciendum, vt nobilitatem veram consequaris.

Capito Cossutianus damnatus fuit repetundarũ,

Pirata

quod Ciliciã prouinciam ſpoliaſſet.

Piratæ Cilicum, ſed quid damnatio confert,
Cum Panſa eripiat, quicquid tibi Natta reliqu
Præconem Charippe tuis circumſpice pannis,
Iamq; tace, furor eſt poſt omnia perdere naulum

Olim prouinciæ floréſtiores erant, quę nunc a prætoribus ſunt exhauſtę: Parrhaſius pictor egregius: Myron, Phidias, Polycletus inſignes ſtatuarij: Mentor vaſis cælandis mirus artifex.

Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par
Damnorum ſocijs florentibus, & modò victis.
Plena domus tunc omnis, & ingens ſtabat acerv
Nummorum: Spartana chlamys, conchylia Coa,
Et cum Parrhaſij tabulis, ſigniſq; Myronis
Phidiacum viuebat ebur, nec non Polycleti
Multus vbique labor, rarę ſine Mentore menſ
Inde Dolobella eſt, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres, referebant nauibus altis
Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos.

Nunc non ſolùm pretioſa, ſed viliſſima quæque furantur, & miſeros prouinciales ſpoliant, quanquam non ita tutum ſit Hiſpanos compilare, atque Græcos imbelles, & voluptatibus deditos. Mutius ita Africam exhauſit, vt non ſit quod tollatur amplius.

Nũc ſocijs iuga pauca boũ, & grex paruus equ
Et pater armenti capto eripietur agello, (ru
Ipſi deinde lares, ſi quod ſpectabile ſignum,
Si quis in ædicula deus vnicus: hæc etenim ſunt
Pro ſummis. nam ſunt hæc maxima: deſpicias tu
Forſitan imbelles Rhodios, vnctámq; Corinthum
Deſpicias merito. quid enim reſinata iuuentus,
Curáque totius facient tibi leuia gentis?
Horrida vitanda eſt Hiſpania, Gallicus axis,
Illyricúmque latus, parce & meſſoribus illis,
Qui ſaturant vrbem, circo, ſcenáq; vacantem.
Quanta autem inde feres tam dirę præmia cul
Cum tenues nuper Marius diſcinxerit Aphros
Curandum in primis, ne magna iniuria fiat
Fortibus, & miſeris, tollas licèt omne quod vſq

Aut

...atque argenti: scutum, gladiumq́ relinques,
...acula, & galeam: spoliatis arma supersunt.
...od modò proposui non est sententia, verùm
...dite me vobis folium recitare Sibyllæ.
...ibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
...dit acer secomes, si nullum in coniuge crimen,
...per conuentus, nec cuncta per oppida curuis
...uibus ire parat, nummos raptura Celæno:
...c licèt a Pico numeres genus, altáque si te
...mina delectant, omnem Titanida pugnam
...r maiores, ipsumque Promethea ponas,
...quocunque voles proauum tibi sumito libro.
...od si præcipitem rapit ambitus, atque libido,
...frangis virgas sociorum in sanguine, si te
...lectant hebetes lasso lictore secures,
...pit ipsorum contra te stare parentum
...bilitas, claramq́ facem præferre pudendis.
...ne animi vitium tanto conspectius in se
...men habet, quanto maior, qui peccat, habetur.
...ò mihi te solitum falsas signare tabellas
...templis, quæ fecit auus? statuamq́ parentis
...ute triumphalem? quò? si nocturnus adulter
...pora Santonico velas adoperta cucullo?
...ter maiorum cineres, atque ossa, volucri
...pento rapitur pinguis Damasippus, & ipse,
...rotam stringit multo sufflamine consul,
...te quidem: sed luna videt, sed sidera testes
...endunt oculos, finitum tempus honoris
...fuerit, clara Damasippus luce flagellum

Alludit ad libros Sibyllinos Romæ adseruatos.

ἀκερσεκόμης intonsus, quales erant Romanis in delitijs pueri.

Pico rege Aboriginum.

Si violẽtus es & crudelis nõ modò non proderit tibi nobilitas, sed oberit etiam;

Quo altiore quisque in loco est, eo eius peccata sunt grauiora.

Damasip. Neronem latenter perstringit qui fuit aurigandi studiosiss. vt scribit Suetonius.

Non nox ea, quæ indecorè a quoquã gesta sunt,

obſcurabit: itaque latendi ſpe flagitioſè nihil agendum eſt, ne nocte quidem, cum lunam & ſidera teſtes ſcelerum noſtrorum habeamus.

Sumet, & occurſum nunquam trepidabit amici
Iam ſenis, ac virga prior innuet, atque maniples
Soluet, & infundet iumentis hordea laſſis.
Interea dum lanatas, toruúmque iuuencum
More Numa cædit Iouis ante altaria, iurat
Hipponam, & facies olida ad præſepia pictas,
Sed cum perunigiles placet inſtaurare popinas,
Obuius aſſiduo Syrophœnix udus amomo

Hip. Agaſonum deam: ſummè aurigationi deditum vult oſtendere.

Currit, Idumeæ Syrophœnix incola portæ,
Hoſpitis affectu dominum, regemq; ſalutat:
Et cum venali Cyanæ ſuccincta lagena.
Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes: eſto: deſiſti nempe, nec vltrà
Fouiſti errorem: breue ſit quod turpiter audes.

Adoleſcentiæ vitia quã fieri poteſt celerrimè ſunt corrigenda.

Quædam cum prima reſecentur crimina barba,
Indulge veniam pueris. Damaſippus ad illos
Thermarum calices, inſcriptaq; lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæq; tuendis
Amnibus, & Rheno, atq; Iſtro præſtare Neronem

Non pudet nobiles, & iã grandes in eorioſorum computationes ingredi.

Securum valet hæc ætas: mitte oſtia Cæſar,
Mitte, ſed in magna legatum quære popina:
Inuenies aliquo cum percuſſore iacentem
Permiſtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices, & fabros ſandapilarum,

Sandapila, qua plebeiorum & damnotorum cadauera efferebantur.

Et reſupinati ceſſantia tympana Galli,
Æqua vbi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec menſa remotior vlli.
Quid facias talem ſortitus, Pontice, ſeruum?
Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittas.

yos Troiugenæ vobis ignoſcitis, & quæ
na cerdoni, Voleſos, Brutóſque decebunt. χλευασ-
d, ſi nunquam adeo fœdis, adeóque pudendis μὸς.
ur exemplis, vt non peiora ſuperſint?
ſumptis opibus vocem, Damaſippe, locaſti
ario, clamoſum ageres vt phaſma Catulli.
reolum velox etiam bene Lentulus egit, Laureolum, fabulam Næuij de Laureolo in crucem ſublato.
e me dignus vera cruce, nec tamen ipſi
ſcas populo: populi frons durior huius,
ſedet, & ſpectat triſcurria patritiorum. Scurrile eſſe in cœna ſaltare, maximè ſi magnus es, & a nemine cogeris.
mpedes audit Fabios, ridere poteſt qui
mercorum alapas, quanti ſua funera vẽdant,
d refert? vendunt nullo cogente Nerone:
dubitant celſi prætoris vendere ludis.
e tamen gladios inde, atq; hinc pulpita pone,
id ſatius? mortem, ſic quiſquam horruit, vt ſit
ſypus Thymeles ſtupidi collega Corinthi?
haud mira tamen, cit har ædo principe natus
ulis hæc vltra, quid erit niſi ludus? & illic
decus vrbis habes, nec mirmillonis in armis, Non mirum ſi mores ciuium ſint corrupti, cũ princeps ſit corruptiſſimus, vnde non pudet optimates palam in arenam ſefe demittere, quod infamium hominum eſt.
e clypeo Gracchum pugnantẽ, aut falce ſupina,
mat enim tales habitus, & damnat, & odit:
e galea frontem abſcondit. mouet ecce tridentẽ
quam vibrata pendentia retia dextra
quicquam effudit, nudum ad ſpectacula vultũ
git, & tota fugit agnoſcendus arena.
lamus tunica, de faucibus aurea cum ſe
ngat, & longo iactetur ſpira galero.
iuominiam grauiorem pertulit omni

Vulnere, cum Graccho iussus pugnare secuter.
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Patricidium Neronis multo, quam id, quod patrauit Orestes, erudelius. Qui parricidium commiserunt culeo cum simia & serpente inuoluti, cõijciebantur in profluentem: ad hanc pœnam spectant hæc verba.
Perditus, vt dubitet Senecam, præferre Neroni
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?
Par Agamemnonidæ crimen: sed causa facit rem
Dissimilem: quippe ille Deis authoribus vltor
Patris erat cæsi media inter pocula: sed nec
Electra iugulo se polluit, aut Spartani
Sanguine coniugij, nullis aconita propinquis
Miscuit, in scena nunquam cantauit Orestes,
Troica non scripsit. quid enim Virginius armis
Virginius Rufus, Iu. Vindex, & Galba exercitus ducees desciuerunt a Nerone.
Debuit vlcisci magis, aut cum Vindice Galba?
Quid Nero tam sæua, crudáque tyrannide fecit
Hæc opera, atque hæc sint generosi principis artes,
Graudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, Graiæq; apium meruisse coronæ.
Maiorum effigies, habeant insignia vocis,
Non esse nobiles qui ex generosis nati, impiè agant.
Ante pedes domiti longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes
Et de marmoreo citharam suspende Colosso.
Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inueniet quicquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus, tẽplisq; parastis,
Vt Braccatorum pueri, Senonumq; minores,
Ausi, quod liceat tunica punire molesta:
Cicero quãuis illis videretur obscurus, plus profuit reipub.
Sed vigilat consul, vexilliq; vestra coërcet.
Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ
Municipalis eques galeatum ponit vbiq;

Præsidium

ſidium attonitis, & in omni gente laborat.
tum igitur muros intra toga contulit illi
minis, & tituli, quantum non Leucade, quantũ
ſſaliæ campis Octauius abſtulit vdo
bus aſſiduus gladio. ſed Roma parentem,
ua patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
pinas alius Volſcorum in monte ſolebat
ere mercedes alieno laſſus aratro,
loſam poſt hæc frangebat vertice vitem.
ntus pigra muniret caſtra dolabra:
tamen & Cimbros, & ſumma pericula rerum
pit, & ſolus trepidantem protegit vrbem.
ideo poſtquã ad Cimbros, ſtragemq; volabãt,
unquam attigerãt maiora cadaucra corui,
ilis ornatur lauro collega ſecunda.
beia Deciorum anima, plebeia fuerunt
mina: pro totis legionibus, hi tamen, & pro
nibus auxilijs, atque omni plebe Latina
ficiunt Dijs infernis, terræque parenti.
ris enim Decij, quàm qui ſeruantur ab illis.
cilla natus trabeam, & diadema Quirini,
faſces meruit regum vltimus ille bonorum.
ſta laxabant portarum clauſtra tyrannis
alibus iuuenes ipſius conſulis, & quos
gnum aliquid dubia pro libertate deceret:
id miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
eris fines Tyberinum virgo natauit,
ulta ad patres produxit crimina ſeruus
arenis lugendus: at illos verba iuſtus

& reportauit tantum gloriæ, quantum Cæſar Auguſtus.

Marius & ipſe Arpinas humili loco natus fortiſſimè ſe geſſit pro libertate patriæ, iam tum ſummo in periculo conſtitutæ.

Deciorũ virtus: Tres autem fuerunt, qui ſe pro ſalute patriæ Dijs Manibus deuouerunt. Pater quidem bello Latino: filius Etruſco: nepos eo bello, quod Pyrrhus geſſit pro Tarentinis.

Reg. vlt.

Seruius Tullius vir ignobilis, omniũ conſenſu ob virtutem rex declaratus.

De Horatio Coclite, Mutio Scævola, & Cloelia virgine extant hiſtoriæ apud Liu. decad. 1.

Cri. ser. vindex Cecinensis qui iuuenum coniurationem detexit, quam tractauerant in domo Aquiliorum de reducendis regibus.

Afficiunt pœnis, & legum prima securis.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen vt longè repetas, longéque revoluas
Nomen ab infami gentem deducis asylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

SATYRA IX.

Ad Nævolũ quẽdam, qui Cinędis operam præstabat, sed nullo terè quæstu, vnde sub eius persona sui temporis fœditatem, & auaritiam insectatur.

SCire velim quare toties mihi Nævole tristis
Occurras fronte obducta, ceu Marsya victus
Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Rauola, dum Rhodopes vda terit inguina barba?
Nos colaphum incutimus lambẽti crustula servo.
Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem vsuram præstare paratus
Circuit, & fatuos non inuenit. vnde repente
Tot rugæ? certè modico contentus agebas
Vernam equitem, conuiua ioco mordente facetus
Et salibus vehemens intra pomœria natis:
Omnia nunc contrà, vultus grauis, horrida sicce
Sylua coma, nullus tota nitor in cute, qualem

Visco: cum refina, & cera facies nitidior reddatur.

Præstabat calida circumlita fascia visci,
Sed fruticante pilo neglecta, & squalida cruta.
Quid macies agri veteris, quem tempore longo
Terret quarta dies, olímque domestica febris?

Vultus index internorum animi affectuum.

Deprendas animi tormenta latentis in agro
Corpore, deprendas & gaudia, sumit vtrumq;
Inde habitum facies. igitur flexisse videris

Propositum

ropositum, & vitæ contrarius ire priori.
uper enim (vt repeto) fanũ Isidis, & Ganymedẽ
ecis, & aduectæ secreta palatia matris,
Cererem (nam quo non prostat fœmina tẽplo?)
otior Aufidio mœchus celebrare solebas,
Quod taceo) atq; ipsos etiam inclinare maritos.
tile & hoc multis vitæ genus, at mihi nullum
de operæpretium: pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ duri, crassiq; coloris,
malè percussas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, uenæq; secundæ.
ta regunt homines: fatum est in partibus illis,
uas sinus abscondit. nam si tibi sidera cessant,
il faciet longi mensura incognita nerui.
Quamuis te nudum spumanti Virro labello
Viderit, & blandæ assiduè, densæq; tabellæ,
llicitẽt. ἤθους γὰρ γλυκέος ἄνδρα κίναιδον.
Quod tamen vlterius monstrũ, quã mollis auarus?
Hæc tribui, deinde illa dedi: mox plura tulisti:
Computat, & ceuet: ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri, numera sestertia quinque
Omnibus in rebus, numerentur deinde labores,
An facile, & pronum est agere intra viscera penẽ
Legitimum, atque illic hesternæ occurrere cœnæ?
Seruus erit minùs ille miser, qui foderit agrum,
Quàm dominum: sed tu sanè tener, & puerum te,
Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloq; putabas.
Vos humili assecla, vos indulgebitis vnquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?

Aduectæ ma- Cybeles templum, quod extructum erat in Dalmatia.

Venæ. sec. minus purum, ac per hoc vilius, vt secundarium panem dicimus.

Vlterius, peius, quasi vltra quod non sit deterius. In homines, qui cum mollitia diffluerent, auari tamen essent.

Asseclę, ministri ab assequendo.

En cui tu viridem vmbellam, cui succina mittat
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, & strata positus, longáque cathedra
Calen. Martijs, quibus mulieribus munera mittebantur. *Munera fœmineis tractas secreta calendis,*
Dic passer, cui tot montes, tot prædia seruas
Appula, tot mulos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,
Suspectúmque iugum Cumis, & Gaurus inanis. *Suspectúmque iugum Cumis, & Gaurus inanis.*
Suspect. quòd imminet ciuitati, Misenum videtur innuere promontorium. *Nam quis plura linit victuro dolia musto?*
Quantum erat exausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? melius ne hic rusticus infans
Cum matre, & casulis, & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici?
Improbus es, cum possis, ait. sed pensio clamat,
Odyssez libro nono. *Posce, sed appellat puer vnicus, vt Polyphemi*
Lata acies, per quam solers enasit Vlysses.
Alter emendus erit: namq; hic non sufficit: ambo
Pascendi: quid agam bruma spirante? quid oro?
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Cicadas: æstatem: nam æstate potissimum canunt. *Et pedibus, durate, atque expectate cicadas?*
Verum vt dissimules, vt mittas cætera, quanto
Metiris pretio: quòd ni tibi deditus essem,
Deuotúsque cliens, vxor tua virgo maneret?
Tabul. rup. quibus contractum erat matrimonium, & alias cum alio marito parabat. *Scis certè quibus ista modis, quàm sæpe rogaris,*
Et qua pollicitus, fugientem sæpe puellam
Amplexu rapuit: abulas quoque ruperat, & iam
Signabat. tota vix hac ego nocte redemi
Te plorante foris, testis mihi lectulus, & tu,
Ad quem pertinuit lecti sonus, & domina vox.

Infabile

bile ac dirimi cœptum, & iam penè ſolutum
ugium in multis domibus ſeruauit adulter.
te circumagas? quæ prima, aut vltima ponas?
llum ergo meritum eſt ingrate ac perfide? nullū,
od tibi filiolus, vel filia naſcitur ex me?
lis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
ſgumenta viri. foribus ſuſpende coronas:
pater es, dedimus quod famæ opponere poſſis.
ra parentis habes, propter me ſcriberis hæres,
gatum omne capis, nec non & dulce caducum.
mmoda præterea iunguntur multa caducis,
umerum, ſi tres impleuero, iuſta doloris
uole cauſa tui, contrà tamen ille quid affert?
ligit, atq; alium bipedem ſibi quærit aſellum.
uc ſoli commiſſa tibi celare memento,
tacitus noſtras intra te fige querelas.
am res mortifera eſt inimicus pumice lævis,
ui modò ſecretum commiſerat, ardet, & odit,
inquā prodiderim quicquid ſcio: ſumere ferrū,
ſſe aperire caput, candelam apponere valuis
m dubitat, nec contemnas, aut deſpicias: quòd
lis opibus nunquam cara eſt annona veneni.
go occulta teges, vt curia Martis Athenis,
Corydon Corydon, ſecretum diuitis vllum
ſe putas? ſerui vt taceant, iumenta loquentur,
canis, & poſtes, & marmora. claude feneſtras,
ela tegant rimas, iunge oſtia, tollito lumen,
medio, clament omnes, propè nemo recumbat,
uod tamen ad cantum galli facit ille ſecundum,

Acta libri in quibus liberorum nomina ſcribebant parentes, qui publicè & priuatim aſſeruabantur. Si tres, Nam qui in vrbe tres liberos ſuſcepiſſent, immunitate donabantur.

Lævis dum mollis & effœminatus.

Hemiſtichiū carminis Virgiliani.

Proximus ante diem caupo sciet: audiet & qu
Finxerunt pariter librarius, archimagiri
Carptores: quod enim dubitant componere cri
In dominos? quoties rumoribus vlciscuntur
Balthea? nec deerit qui te per compita quærat
Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem
Illos ergo roges, quicquid paulò antè petebas
A nobis. taceant illi, sed prodere malunt
Arcanum, quàm subrepti potare Falerni,
Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.
Viuendum rectè cum propter plurima, tum his
Præcipuè causis, vt linguas mancipiorum
Contemnas, nam lingua mali pars pessima seru
Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis
Quorum animas & farre suo custodit, & ære.
Iccirco vt possim linguam contemnere serui,
Vtile consilium modò, sed commune dedisti:
Nūc mihi quid suades post damnū tēporis, & sp
Deceptas? festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ, miseræq; breuissima vitæ
Portio, dum bibimus, dum serta, vnguenta, puel
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
Ne trepida: nunquam pathicus tibi deerit amic
Stantibus, & saluis his collibus, vndique ad illos
Conueniunt & carpentis, & nauibus omnes,
Qui digito scalpunt vno caput: altera maior
Spes superest, tu tantùm erucis imprime dentem
Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho,
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.

Balthea loca quibus sępe cęsi sunt.

Facies sacrificans Bonæ deę, sic Virgilius. Quum faciam vitula.

Benè agendū est ne in sermones hominum, & maximè seruorum malorū incurramus.

Vitę breuitas.

Qui digito Hermistichiū versus Calui poetę de Pōpeio, que hoc

O par

rui, nostríque lares, quos thure minuto,
t farre, & tenui soleo exornare corona,
ido ego figã aliquid, quo sit mihi tuta senectus
tegete, & baculo? viginti millia fœnus
oribus positis, argenti vascula puri,
que Fabricius censor notet, & duo fortes
grege Mœsorum, qui me ceruice locata
rrum iubeant clamoso insistere circo.
mihi præterea curuus cælator, & alter,
multas facies pingat citò, sufficient hæc,
ndo ego pauper ero, votũ miserabile, nec spes
i saltem, nam cum pro me fortuna rogatur,
ffigit ceras illa de naue petitas,
te Siculos cantus effugit remige surdo.

versu vt mollem & pathicũ perstringit.

Mœsia regio Pannonię finitima, unde mittebantur robustissimi serui.

Siculos cantus: Sirenum scilicet, quæ litus Siculum incolũt: quas Vlysses obstructis cera sociorum auribus, ne illarum cantus suauitate in periculum naufragij incurrerent, prętereuectus est.

SATYRA. X.

Mnibus in terris, quæ sunt a Gadibus vsque
Aurorã, & Gangem, pauci dignoscere possunt
ra bona, atque illis multum diuersa, remota
roris nebula: quid enim ratione timemus,
ut cupimus? quid tã dextro pede concipis, vt te
matus non pœniteat, votique peracti?
uerterc domos totas optantibus ipsis
i faciles, nocitura toga, nocitura petuntur
Militia, & torrens discendi copia, multis
sua mortifera est facundia, viribus ille
nfisius periit, admirandíque lacertis.
plures nimia congesta pecunia cura
rangulat, & cuncta exuperãs patrimonia cẽsus,
anto delphinis balæna Britannica maior.

Insectatur stulta hominum vota qui vitijs excęcati nesciant quid optent: a diis autem nihil esse petendum colligit, quàm sanam mentem & sensuum integritatem.

Tempori-

Cassius Longinus, Seneca & Plautus Lateranus propter diuitias a Nerone ad necem cõpulsi sunt.

Temporibus diris igitur, iussúque Neronis,
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors: rarus venit in cœnacula miles.
Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus gladium, contúmque timebis
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

Diuitias vel mediocres, cùra, & anxietas comitatur.

Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima ferè vota, & cunctis notissima templis,
Diuitiæ vt crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro: sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time, cum pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.
Iámne igitur laudas, quod de sapientibus alter

Sap. Democritus, qui ob id γελαστὴς dictus est: Heraclitus.

Ridebat, quoties a limine mouerat vnum,
Protulerat que pedem: flebat contrarius alter?
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni,
Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor.
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quanquam non essent vrbibus illis
Prætexta, & trabea, fasces, lectica, tribunal.
Quid si vidisset prætorem in curribus altis

Tunica Iouis triumphali veste, quã ex templo Iouis sũptam inducebant, vt indicat Liuius lib. 3. ab vrbe condita.

Extantem, & medio sublimem in puluere circi
In tunica Iouis, & picta sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæq; coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit vlla?
Quippe tenet sudans hanc publicus, & (sibi cons)
Ne placeat) curru seruus portatur eodem.
Da nunc & volucrem, sceptro quæ surgit eburn

Illinc

cornicines, hinc præcedentia longi
minis officia, & niueos ad frena Quirites,
ssa in loculis, quos sportula fecit amicos.
quoq; materiam risus inuenit ad omnes
rsus hominum, cuius prudentia monstrat
mos posse viros, & magna exempla daturos
ecum in patria, crassoq; sub aëre nasci.
bat curas, nec non & gaudia vulgi,
dum & lachrymas, cum fortunæ ipse minaci
daret laqueum, mediumq; ostenderet vnguem.
superuacua, aut pernicioſa petuntur,
ner quæ fas est genua incerare Deorum.
ſdam præcipitat ſubiecta potentia magna
lia, mergit longa, atque insignis honorum
a, descendunt ſtatuæ, reſtemque ſequuntur.
deinde rotas bigarum impacta ſecuris
, & immeritis franguntur crura caballis:
ſtridunt ignes, iam follibus atque caminis
et adoratum populo caput, & crepat ingens
us: deinde ex facie toto orbe ſecunda
t vrceoli, pelues, ſartago, patellæ.
domi lauros, duc in Capitolia magnum,
tumq; bouem: Seianus ducitur vnco
landus: gaudent omnes. quæ labra? quis illi
us erat? nunquam, ſi quid mihi credis, amauí
hominem: ſed quo cecidit ſub crimine? quiſnã
tori? quibus indicijs? quo teſte probauit?
borum, verboſa & grandis epiſtola venit
preis: benè habet, nil plus interrogo: ſed quid

Democritus exemplo eſt, bonos viros vbique poſſe naſci, qui in Thracia barbariſſima regione natus ſit.

Varia hominũ vota pro rebus plerũque aut ſuperuacuis, aut perniciosis.

Exẽplo Seiani oſtendit nimiam potentiã multis eſſe exitio. Nam ille ſub Tiberio, eò honorum euectus eſt, vt eius natalis publicè celebraretur & illi aureę ſta-

Turba

tuę ponerentur, imperatoris in consulatu collega fieret, a quo tandem vt fur per literas a senatu interfici, & vnco trahi iussus est.

Turba tremens? sequitur fortunā, vt semper, et
Damnatos idem populus, si Nortia Tusco
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum: iampridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus, effugiet curas. nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,

*al. Pannum.

**Pana, & Circenses. perituros audio multos.*
Nil dubium, magna est fornacula, pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

Aiax: hoc est periculū est, ne multi sibi inferant manus, dum citati ad causam dicendā desperent de salute, vtpote malè conscij.

Quàm timeo victus ne pœnas exigat Aiax,
Vt malè defensus, curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem:
Sed videant serui, ne quis neget, et pauidum in i
Ceruice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.
Vísne salutari sicut Seianus? habere
Tantundem? atque illi sellas donare curules?
Illum exercitibus præponere? tutor haberi

Chal. Thrasyllo mathematico Chaldæo vtebatur imprimis Tiberius.

Principis angusta Caprearum in rupe sedentis
Cum rege Chaldæo? vis certæ pila cohortis,
Egregios equites, & castra domestica: quid ni
Hæc cupias: & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt. sed quæ præclara, & prospera tan
Vt rebus latis par sit mensura malorum?
Huius, qui trahitur, prætextam sumere mauis,
An Fidenarum, Gabiorumq́ esse potestas?

Ædilis, qui

Et de mensura ius dicere? & vasa minora

Frange

gre, pannosus vacuis ædilis Ulubris?
quid optandum foret, ignorasse fateris
um, nam qui nimios optabat honores,
pias poscebat opes, numerosa parabat
lsæ turris tabulata, vnde altior esset
s, & impulsæ præceps immane ruinæ.
l Crassos? quid Pompeios euertit? & illum,
ua qui domitos deduxit flagra Quirites?
mus nempe locus nulla non arte petitus,
gnaq; numinibus vota exaudita malignis.
generum Cereris sine cæde, & vulnere pauci
cendunt reges, & sicca morte tyranni.
ium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
it optare, & totis quinquatribus optat,
quis adhuc vno partam colit asse Mineruam,
m sequitur custos angustæ vernula capsæ:
cio sed vterq; perit orator: vtrumque
ru, & exundans leta dedit ingenij fons.
cio manus est, & cervix cæsa, nec vnquam
rime causidici maduerunt rostra pusilli.
rtunatam natam me consule Romam.
ni gladios potuit contemnere, si sic
a dixisset, ridenda poëmata malo,
te conspicuæ diuina Philippica famæ,
eris a prima qua proxima. sæuus & illum
us eripuit, quem mirabantur Athenæ
rentem, & pleni moderantem frena theatri.
ille aduersis genitus, fatoq; siniſtro,
u pater ardentis massæ fuligine lippus
A carbone,

magistratus minimi erat, annonę, mẽsuris, & id genus præfecti.

Gener. Ceres, Pluton. Sicca: id est, sine sanguine, nõ interfecti.

Pueri quinquatribus precantur a Minerua eloquentia, cum plerunque sit pernicio sa.

O fortunatã. Carmẽ quod Cicero cecinit coniuratione Catilinæ oppressa.

Demosthenes μαχαιροποιοῦ filius hausto veneno perit.

A carbone, & forcipibus, gladios q; parante
Incude: & luteo Vulcano ad rhetora misit.

Bellorum exuuiæ, truncis affixa tropheis
Lorica, & fracta de cassidæ buccula pendent,
Et curtum temone iugum, victa q; triremis

Laudē quęrere ex re bellica laboris & calamitatis plenum.

Aplustra, & summo tristis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc se
Romanus Graiusq;, ac barbarus induperator
Erexit, causas discriminis, atque laboris
Inde habuit: tanto maior famæ sitis est, quàm
Virtutis: quis enim virtutem amplectitur ipsa

Virtutē ferè omnes propter eius præmium gloriā, pauci propter se expętunt.

Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, tituliq; cupido

Sterilis ficus, caprificus, quæ ex muris erumpens, saxa discutit.

Hæsuri saxis cinerum custodibus, ad quæ
Discutienda valent sterilis mala robora ficus:
Quā doquidē data sunt ipsis quoq; fata sepulch
Expende Annibalem, quot libras in duce sum

Annibalis insatiabilis imperandi cupiditas, sed miserabilis exitus.

Inueniesʔ hic est, quem non capit Aphrica Ma
Perfusa Oceano, Nilóque admota tepenti.
Rursus ad Æthiopum populos, aliosq; Elephant
Additur imperijs Hispania: Pyrenæum
Transilit: opposuit natura alpemq;, niuémque,
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltra pergere tendit:
Actum, inquit, nihil est, nisi Pœno milite portas
Frangimus, & media vexillum pono Suburra.

Luscum. nam fuit altero oculo captus in Apennini transitu.

O qualis facies, & quali digna tabella,
Cum Getula ducem portaret bellua luscum.
Exitus ergo quis? ô gloria: vincitur idem

Nemp

mpe et in exiliũ præceps fugit, atq; ibi magnus,
Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis,
nec Bithyno libeat vigilare tyranno.
em animæ, quæ res humanas miscuit olim,
gladij, non saxa dabunt, non tela: sed ille
uarum vindex, ac tanti sanguinis vltor
nulus. I demens, & sæuas curre per Alpeis,
ueris placeas, & declamatio fias.
us Pellæo iuueni non sufficit orbis,
Æstuat infelix angusto limite mundi,
Gyari clausus scopulis, paruaq; Seripho.
tamen a figulis munitam intrauerit vrbem,
cophago contentus erit. Mors sola fatetur,
antula sint hominum corpuscula. creditur olim
ificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
udet in historia, cum stratum classibus ijsdem,
ppositumq; rotis solidum mare: credimus altos
fecisse amnes, epotáque flumina Medo
ndente, & madidis quæ cantat Sostratus alis.
tamen qualis redijt Salamine relicta,
Corum, atque Eurum solitus sæuire flagellis
rbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passos,
um compedibus qui vinxerat Ennosigæum?
Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum
edidit: huic quisquam vellet seruire Deorum?
d qualis redijt? nempe vna naue cruentis
ctibus, ac tarda per densa cadauera prora,
s toties optata exegit gloria pœnas.
spatium vitæ, multos da Iupiter annos.

Bithyno, regi Prusiæ, ad quem confugerat.

Pellæ. iuueni Alexandro Macedoni, qui cum infinitos esse mundos audiret, me miserum inquit, qui ne vnum quidem adhuc consequutus sum. Medo. Xerxis historiam vt fabulosam notat, quæ a Græcis prodita, multa portentosa continet. Ennosigęum, Neptunum: sic dictum Græcè, quòd terram concutiat.

Stulta vota vota longæ vitæ, cum ea

nihil sit miseriùs, & contrà.

Senectutis mala.

Tabraca oppidum Africæ, vbi magna est simiarum copia.

Ramex, qui Græcè κυρσοκήλη dicitur, ab eo quod venæ intumescant atque intorqueantur.

Aur. lacer. tibicines, qui vt ait Horatius. Trahunt per pulpita vestem.

Hoc recto vultu, solum hoc & pallidus optas.
Sed quàm continuis, & quantis longa senectus
Plena malis? deformem, et tetrum ante oĩa vultũ,
Dissimilemq; sui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas, & taleis aspice rugas,
Qualeis vmbriferos vbi pandit Tabraca saltus,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.
Plurima sunt iuuenum discrimina: pulchrior ille
Hoc, atque ille alio: multùm hic robustior illo:
Vna senum facies, cum voce trementia labra:
Et iam leue caput, madidiq; infantia nasi.
Frangendus misero gingiua panis inermi,
Vsque adeo grauis vxori, natisq;, sibiq;
Vt captatori moueat fastidia Cosso.
Non eadem vini, atq; cibi torpente palato
Gaudia: nam coitus iam longa obliuio, vel si
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus,
Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
An ne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri
Canicies? quid, quòd meritò suspecta libido est,
Quæ uenerem affectat sine viribus? aspice partis
Nũc damnũ alterius. nam quæ cãtãte voluptas,*
Sit licèt eximius citharœdus? sitúe Seleucus,
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna?
Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atque tubarum
Concentus? clamore opus est, vt sentiat auris,
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.
Præterea minimus gelido iam corpore sanguis

Febre

re calet sola: circunsilit agmine facto
rborum omne genus, quorũ si nomina quaeras,
tius expediã, quot amauerit Hippia mœchos:
ut Themison ægros autumno occiderit uno:
nt Basilus socios, quot circũscripserit Hirtus
illos: quot longa viros exorbeat uno
laura die: quot discipulos inclinet Amillus:
curram citiùs quot villas possideat nunc,
tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
humero, hic lumbis: hic coxa debilis, ambos
rdidit ille oculos, & luscis inuidet: huius
lida labra cibum capiunt digitis alienis.
ad conspectum cœnæ diducere rictum
nus, hiat tantùm, ceu pullus hirundinis, ad quẽ
volat pleno mater ieiuna. sed omni
membrorum damno maior dementia, quæ nec
mina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
in quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
os genuit, quos eduxit. Nam codice sæuo
redes vetat esse suos, bona tota feruntur
d Phialen, tantum artificis valet halitus oris,
ndsteterat multis in carcere fornicis annis.
vigeat sensus animi, ducenda tamen sunt
era natorum, rogus asficiendus amatæ
ingis, & fratris, plenaq; sororibus urnæ.
it data pœna diu viuentibus, vt renouata
per clade domus, multis in luctibus, inque
putuo mœrore, & nigra veste senescant.
t Pylius (magno si quicquam credis Homero)

Themison, quem hic mordet, vt bonus medicus commendatur a Cornelio Celso.

Luscus, qui altero oculo caret, qui Græcis μονόφθαλμος dicitur.

Desipienti membrorum mutilatione grauior.

Multa ferenda, etsi adsit bona valetudo.

A corni. Nestor enim tres hominũ ætates vixisse creditur: totidem autem cornices viuunt.

Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.
Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos iam dextra computat annos,
Quique nouum toties mustũ bibit, oro parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omn
Quis, quis adest socio, cur hæc in tempora dure
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo.

Alius. Laertes Vlyssis pater, qui errante Vlysse se in agro macerabat, ac Iouem rogabat, vt animã e corpore duceret: author Homerus.

Hæc eadem Peleus, raptum cum luget Achillen
Atque alius, cui fas Ithacum lugere natantem,
Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lachrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissæq; Polyxena palla:
Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.

Quot mala Priamus in senectute expertus sit: qui demum a Pyrrho ad Iouis aram interfectus est.

Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam, ferróque cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum
Præbet ab ingrato iam fastiditus aratro.

Cani. Hecuba Priami vxor in canem cõuersa.

Exitus ille vtcunque hominis: sed torua canino
Latrauit rictu, quæ post hunc vixerat vxor.
Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Cræsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.

Exilium

ium, & carcer Minturnarúmque paludes,
endicatus victa Carthagine panis
causas habuere. quid illo ciue tulisset
ura in terris quid Roma beatius vnquam,
rcunducto captiuorum agmine, & omni
rum pompa, animam exhalasset opimam,
de Theutonico vellet descendere curru?
ida Pompeio dederat Campania febres
ndas, sed multæ vrbes, & publica vota
runt: igitur fortuna ipsius, & vrbis
atum victo caput abstulit. hoc cruciatu
tulus, hac pœna caruit, ceciditque Cethegus
ger, & iacuit Catilina cadauere toto.
nam optat modico pueris, maiora puellis
rmure, cum Veneris fanũ videt anxia mater
e ad delitias votorum: Cur tamen, inquit,
ripias? pulchra gaudet Latona Diana.
vetat optari faciem Lucretia, qualem
habuit, cuperet Rutilæ Virginia gibbum
ccipere, atque suam Rutilæ dare. filius autem
poris egregij miseros, trepidósque parentes
per habet. rara est adeò concordia formæ,
tque pudicitiæ, sanctos licet horrida mores
diderit domus, ac veteres imitata Sabinas.
terea castum ingenium, vultúmque modestum
guine feruentem tribuat natura benigna
ga manu (quid enim puero conferre potest plus
tode, & cura natura potentior omni?)
licet esse viros: nam prodiga corruptoris

Mintur pal. vbi latuit C. Marius, vnde extractus est, & postea exul in Africa mẽdicauit.

Cum Pompeius Neapoli ęgrotaret, vota publicè suscepta sunt in eius salutem, vt bello eiusdem, & multis malis reseruatus videatur.

Virginia virgo plebeia, quæ ob pulchritudinem perijt, cęsa a patre, cum illam Appius decemuir stuprare vellet.

Si quis ętiam benignitate naturę sit castus & pudicus, tamen ob formam plerunque periclitatur.

Improbitas ipſos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripidem, vel
Strumoſum, atq; vtero pariter, gibboq; tumentem
Nunc ergo iuuenis ſpecie lætare tui, quem
Maiora expectant diſcrimina: fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quaſcunque mariti
Exigere irati: nec erit felicior aſtro
Martis, vt in laqueos nunquam incidat. exigit aũ
Interdum ille dolor plus, quàm lex vlla dolori
Conceſſit. necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus quoſdam mœchos & mugilis intrat.
Sed tuus Endymion dilecta fiet adulter
Matronæ: mox cum dederit Seruilia nummos,
*Fiet & illius quam non amat: *eruet omnem*
Corporis ornatum. quid enim vlla negauerit vdis
Ingruinibus, ſiue eſt hæc Hippia, ſiue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed caſto quid forma nocet? quid profuit olim
Hyppolito graue propoſitum? quid Bellerophontis
Erubuit nempe hæc ceu faſtidita repulſa:
Nec Sthenobœa minus, quã Creſſa excãduit, & ſ
Concuſſere amba. mulier ſæuiſſima tunc eſt,
Cum ſtimulos odio pudor admouet. elige quid nan
Suadendum eſſe putes, cui nubere Cæſaris vxor
Deſtinat. optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus
Meſſalinæ oculis. dudum ſedet illa parato

Flammeol

Imitatio Horatiana ex ſecundo ſerm. Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis Ad mortem cæſus.

*al. Exuet.

Sthenobœa, vxor Prœtis tegis, quę Bellerophõtem perdidit.

C. Sylius formoſiſſimus,

mmeolo, Tyriúſque palam genialis in hortis
rnitur, & ritu decies centena dabuntur
ltiquo, veniet cum ſignatoribus auſpex.
ic tu ſecreta, & paucis commiſſa putabas,
niſi legitime vult nubere. quid placeat, dic:
parere velis, pereundum eſt ante lucernas.
ſcelus admittas, dabitur mora paruula, dum res
u vrbi, & populo, contingat principis aures.
ctus ille domus ſciet vltimus. interea tu
ſequere imperio, ſi tanti eſt vita dierum
xorum, quicquid leuius, meliúſque putaris,
bẽda eſt gladio pulchra hæc, & cãdida ceruix.
ergo optabunt homines? ſi conſilium vis,
mittes ipſis expendere numinibus, quid
ueniat nobis, rebúſque ſit vtile noſtris.
m pro iucundis aptiſſima quæque dabunt Dij.
ior eſt illis homo, quàm ſibi. nos animorum
ulſu, & cæca, magnáque cupidine ducti,
ugium petimus, partúmque vxoris: at illis
tum qui pueri, qualíſque futura ſit vxor.
lamen & poſcas aliquid, voueáſque ſacellis
a, & candiduli diuina tomacula porci,
ndum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano,
tem poſce animum, & mortis terrore carẽtem:
ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
ura: qui ferre queat quoſcunque labores:
ſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
culis ærumnas credat, ſeuóſque labores,
Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

vt ſcribit Tacitus, cum in eum exarſiſſet Meſſalina Claudij vxor, coactus eſt dimiſſa vxore ſua, Claudio Hoſtiam profecto palam Meſſalinam ducere, vnde mox re cognita Sylius interfectus eſt.

Homo dijs charior, quàm ſibi ipſi.

Quid a dijs potiſſimùm petendum.

Mentis ſanitátem, cum Stoicis, ponit in perturbationum vacuitate.

Vnica via ad beatam vitã per virtutẽ.

Monstro, quod ipse tibi possis dare: semita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna deam, cœlóque locamus.

SATYRA XI.

Ad Persicum amicum suũ, quem frugali conuiuio inuitarat, cõtra eos, qui exquisitius lautiúsq; cõmessentur quam facultates ferant.

ATticus eximiè ſicœnat, lautus habetur:
Si Rutilus, demẽs: quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi, quàm pauper Apicius? omnis
Conuictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum
De Rutilo nam dum valida, ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ, dúmque ardens ſanguine fertur
Non cogente quidem, ſed nec prohibente tribuno
Scripturus leges, & regia verba laniſtæ.
Multos porro vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt.
Egregius cœnat, meliúſque miſerrimus horum,
Et citò caſurus iam perlucente ruina.

Luxuriosos perstringit, quibus ea placent maximè, quæ sunt pretij maximi.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretijs obſtantibus, interius ſi
Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile eſt peritura arceſſere ſummã

Miscellanea ludi, hoc est, absumptis opibus cogũtur fieri ludij, & histriones, quales solent conuenire in Miscellis lũdis.

Lancibus oppoſitis; vel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire guloſum
Fuſtile, ſic veniunt ad Miſcellanea ludi.
Refert ergo quis hæc eadem paret: in Rutilo nam
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen
Sumpti, & a cenſu famam trahit. illum ego iure
Deſpiciam, qui ſcit quanto ſublimior Atlas

Omnib

nibus in Libya sit montibus, hic tamen idem
noret, quantum ferrata distet ab arca,
eculus. e cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν.
endum, & memori tractandum pectore, sine
inugium quæras, vel sacri in parte senatus
se velis. nec enim loricam poscit Achillis
ersites, in qua se traducebat Vlysses
ucipitem, ceu tu magno discrimine causam
tegere affectas. te consule, dic tibi quis sit
rator vehemens, an Curtius, an Matho: bucca
oscenda est mensura tua, spectandáque rebus
summis, minimisque, etiam cum piscis emetur:
ec mullum cupias, cum sit tibi gobio tanium
loculis. quis enim te deficiente crumena,
crescente gula manet exitus: ære paterno,
crebus mersis in ventrem, fœnoris, atque
Argenti grauis, & pecorum, agrorumq; capacē
alibus a dominis post cuncta nouissimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
uxuria, sed morte magis metueda senectus.
li plerunque gradus, conducta pecunia Romæ,
t cœram dominis consumitur inde vbi paulum
Nescio quid supereſt, & pallet fœnoris author,
Qui vertêre solum, Baias, & ad Ostia currunt.
edere namque foro iam non tibi deterius, quàm
Esquilias a feruenti migrare Suburra.
nde dolor solis patriam fugientibus, illa
Mœstitia est, caruisse anno Circensibus vno.

Apophthegma illud, inquit, nosce teipsum, non solùm ad corporis staturā, aut formam pertinet, sed ad omnia vitæ officia, vt nihil supra vires attentes. E cælo autem demissum putabatur, quòd esset in templo Apollinis Delphici aureis literis inscriptum, cōsecratúmque. Impudentia nepotum, qui cum decoxerint, & ob æs alienum coguntur fugere, nihil curant. Circenses ludi dicti, quòd in circo fierent. ostendit autem decoctoribus ita nihil in patria charū esse præter ludos, vt non quòd patria, sed quòd illis careant, dolere soleant.

Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex vrbe pudorem.
Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu
Persice non præstem vita, nec moribus, & re,
Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes
Coram alijs dictem puero, sed in ore pacentas.*
Nam cum sis conuiua mihi promissus, habebis
Euandrum, venies Tyrinthius, aut minor illo
Hospes, & ipse tamẽ contingens sanguine cœlum,
Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus, & toto grege mollior, inscius herbæ,
Nec dum ausus virgas humilis mordere salicti,
Quis plus lactis habet, quàm sanguinis, & mõtani
Asparagi, posito quos legit villica fuso.
Grandia præterea, tortóque calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus, & seruata
Parte anni, quales fuerant in vitibus, vuæ,
Signinum, Syriumq́, pyrum de corbibus ijsdem:
Æmula Picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
Autumnum, & crudi posuere pericula succi,
Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
Cœna fuit: Curius paruo quæ legerat horto,
Ipse focis breuibus ponebat oluscula, quæ nunc
Squallidus in magna fastidit compede fossor,
Qui meminit calidæ sapiat quid vulua popinæ.
Sicci terga suis rara pendentia crate

*al. aure. Accipiam te eo apparatu quo Euander Herculem, & Æneam, nimirum frugaliter.

Alter aquis. Aeneas in Numicio flumine submersus, Hercules in Oeta monte combustus mortalitatem reliquisse, & Deorum numerum auxisse creditur.

Asparagi, herba quam quidam corrudã vocant, dicta a caulis asperitate teste Varrone.

Hæc cœna nostra, olim fuisset lauta. nam Curius Dentatus ipse herbis & rapis nonnũquam vescebatur.

Moris

Moris erat quondam festis seruare diebus,
natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne.
natorum aliquis titulo ter consulis, atque
ctrorum imperijs, & dictatoris honore
ctus, ad has epulas solito maturius ibat
ctum domito referens a monte Ligonem.
m tremerēt autem Fabios, durumq; Catonem,
Scauros, & Fabricios, rigidique seueros
soris mores etiam collega timeret:
mo inter curas, & seria duxit habendum,
alis in Oceani fluctu testudo nataret,
rum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum:
nudo latere, & paruis frons ærea lectis
coronati caput ostendebat aselli,
d quod lascini ludebant ruris alumni.
lus ergo cibi, qualis domus, atque supellex:
nc rudis, & Graias mirari nescius artes,
ibus euersis prædarum in parte reperta
gnorum artificum frangebat pocula miles,
phaleris gauderet equus, cælatáque cassis
mulea simulachra feræ mansuescere iussa
peri fato, & geminos sub rupe Quirinos,
ac nudam effigiem clypeo fulgentis, & hasta,
ndentisque Deo perituro ostenderet hosti.
rgenti quod erat solis fulgebat in armis.
uebat igitur Tusco farrata Catino
nia tunc, quibus inuideas, si liuidulus sis.
mplorum quoque maiestas præsentior, & vox

Frugalitas priscorum & Romanorum. Rusticam vitam veteres Romani coluerunt, & ab aratro ad magistratus euehebantur: vt L. Quinctius Cincinnatus ad dictaturam, ad consulatum multi. Rigidi censoris. Liuium Salinatorem, & Claudium Neronem intelligit, quorum vterque alteri censoriam notam inussit. Lecti olim non erant, vt nunc, pretiosi, & fabrefacti. Milites non studebant tantum supellectilis splendori, quantum armorum suorum cęlaturis, & signis. Tusc. fictili. Nam vasa Aretina pręcipuè laudantur.

Nocte

Nocte ferè media, mediámque audita per vrbem
Litore ab Oceani Gallis venientibus, & Dijs
Officium vatis peragentibus: his monuit nos,
Hanc rebus Latijs curam præstare solebat
Fictilis, & nullo violatus Iupiter auro.
Illa dominatus, nostráque ex arbore mensas,
Tempora viderunt: hos lignum stabat in vsus,
Annosam si forte nucem deiecerat Eurus.
At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas,
Nil rhombus, nil dama sapit, putère videntur
Vnguenta, atque rosæ, latos nisi sustinet orbes
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,
Iam nimios, capitique graues: hinc surgit orexis,
Hinc stomacho bilis (nam pes argenteus illis)
Annulus in digito non ferreus ergo, superbum
Conuiuam caueo qui me sibi comparat, & res
Despicit exiguas, adeo nulla vncia nobis
Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac
Materia: quin ipsa manubria cultellorum
Ossea: non tamen his vlla vnquam absonia fiunt
Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atq; aper, & pygargus,
Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens,
Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro

Religio purior erat, & pij magis propitij, tametsi minori apparatu colerentur.

Syene insula in Æthiopiæ finibus, in qua magna vis Elephantorum nascitur.

Tessellæ, tali, a tessera deflexum.

Tripherus hic docebat artem structoriam in Suburra & secandi gestus cultro, [illegible] ligneis [illegible] repræsentabat.

Cæditur,

ditur, & tota ſonat vlmea cœna Suburra.
ic fruſtum capreæ ſubducere, nec latus Aphræ
nit auis noſter tyrunculus, ac rudis omni
mpore, & exigua fruſtis imbutus ofellæ.
beios calices, & paucis aſſibus emptos
rriget incultus puer, atque a frigore tutus,
n Phryx, aut Lycius, non a mangone petitus,
iſquã erit, & magno, cum poſcis, poſce Latinè,
m habitus cunctis, tonſi, erectiq; capilli,
que hodie tantùm propter conuiuia pexis
ſſoris duri eſt hic filius, ille bubulci.
hmat longo non viſam tempore matrem,
taſulam, & notos triſtis deſyderat hædos:
enui vultus puer, ingenuiq; pudoris,
ales eſſe decet, quos ardens purpura veſtit,
pugillares defert in balnea raucus
ſiculos, nec vellendas iam præbuit alas,
uſſa nec oppoſito pauidus tegit inguina gutto.
ctibi vina dabit diffuſa in montibus illis,
quibus ipſe venit, quorum ſub vertice luſit.
mq; vna, atq; eadem vini patria, atq; miniſtri.
ſtan expectes, vt Gaditana canoro
piat prurire choro, plauſuq; probatæ
lterram tremulo deſcendant clune puellæ,
ntamentum Veneris languentis, & acres
uitis vrticæ: maior tamen iſta voluptas
lterius ſexus, magis ille extenditur, & mox
ſcribus, atque oculis concepta vrina mouetur.
nſapit has nugas humilis domus, audiat ille

Puerum ſimplicem, & modeſtum multis circunſtantijs deſcribit.

Gadita. Gaditanæ ſaltationes molles & laſciuæ in conuiuijs adhibebantur, ad exhilarandos conuiuarum animos.

Teſtarum

πύρριχα genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως.

Testarum crepitus cum verbis, nudum olido sta
Fornice mancipium quibus abstinet ille fruatur
Vocibus obscœnis, omniq; libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem.
Namq; ibi fortunæ veniam damus, alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus: hæc eadem i
Omnia cum faciant, hilares, nitidiq; vocantur.
Nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos:
Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Hortatur cõuiuam suum ad hilaritatem, & animi tranquillitatem, omissis curis, & suspicionibus.

Quid refert tales versus qua voce legantur?
Sed nunc dilatis auerte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
Per totam cessare diem: non fœnoris vlla
Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti
Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat vxor,
Humida suspectis referens mulitia rugis,
Vexatasq; comas, & vultum, auremq; calentem

Idæum solenne. Ludi enim Megalenses in honorem Cybeles magnæ matris Deum ab Ida Romã translatæ, celebrabantur.

Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen,
Pone domũ, & seruos, & quicquid frangitur illis
Aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
Interea Megalesiacæ spectacula palmæ
Idæum solenne colunt, similique triumpho
Prædo caballorum prætor sedet, ac mihi pace
Immensæ, nimiæq; licet si dicere plebis,
Totam hodie Romam circus capit, & fragor aur

Virid. panni factionis P. æ finæ, cui faueb at bona pars ciuitatis.

Percutit, euentum viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret, mœstam, attonitamque videre
Hanc vrbem, veluti Cannarum in puluere victi

Consulibu

ulibus, spectēt iuuenes, quos clamor, & audax
sio, quos cultæ decet assedisse puellæ.
ra bibat vernum contracta cuticula solem,
iátque togam, iam nunc in balnea salua
e licet vadas, quanquam solida hora supersit
extam, facere hoc non possis quinque diebus
nnis, quia sunt talis quoque tædia vitæ
na. voluptates commendat rarior vsus.

Voluptatum etiam est satietas.

SATYRA XII.

Atali, Coruine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus promissa Deis animalia cespes
ctat, niueam reginæ cædimus agnam.
vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.
rocul extēsum petulans quatit hostia funem
eio seruata Ioui, frontemq́ coruscat:
pe ferox vitulus templis maturus, & aræ,
gēdusq́ mero, quem iam pudet vbera matris
re, qui vexat nascenti robora cornu.
ampla domi, similisq́ affectibus esset,
ior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
le piger, nec finitima nutritus in herba,
sed ostendens Clitumni pascua sanguis
& a grandi ceruix ferienda ministro,
ditum trepidantis adhuc, horrendaq́ passi
r & incolumem sese mirantis amici.
præter pelagi casus, & fulguris ictum
densæ cœlum abscondêre tenebræ
e vna, subitusq́ antennas impulit ignis,
se quisq́ illo percussum crederet, & mox

Ad Coruinū, cui scribit se pro salute Catulli amici, qui naufragus enatauerat Dijs vota soluturum, ac obiter in captatores testamentorum nominatim Næuium & Histrum Pacuuium, qui ex eo quæstu ditati erant.

Amici, Catulli, vt paulo post testatur.

Attonitus

Attonitus nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus, omnia fiunt
Talia, tam graviter, si quando poëtica surgit
Tempestas: genus ecce aliud discriminis, audi,
Et miserere iterum, quanquam sint cætera sortis
Eiusdem, pars dira quidem, sed cognita multis,
Et quam votiua testantur fana tabella
Plurima (pictores quis nescit ab Iside pasci?)
Accidit & nostro simulis fortuna Catullo,
Cum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguen
Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptam
Atque alias, quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus, sed & egregius fons
Viribus occultis, & Bæticus adiuuat aër.
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, vrnæ cratera capacem,
Et dignum sitiente Pholo, vel coniuge Fusci.
Adde & bascandas, & mille escaria, multum
Cælati, biberat quo callidus emptor Olynthi.
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis auro
Argento præferre caput, rebúsque salutem

Poëti: surgit. Tam sæua fuit illa tempestas, quam ea, quæ a poëtis describi solet cum per contentionem exaggerant rem.

Alias, vestes Bœticas, quæ ex natiua lana texebantur citra tinctoris operã.

Emptor Olynthi Philippus Amynthæ filius qui Olynthum Thraciç ciuitatem

N

propter vitam faciunt patrimonia quidam,
vitio cæci propter patrimonia viuunt.
uur rerum vtilium pars maxima. sed nec
na leuant tunc aduersis vrgentibus, illuc
idit, vt malum ferro summitteret, ac se
icat angustum, discriminis vltima quando
sidia afferimus, nauem factura minorem.
c, & ventis animam committe dolato
issus ligno, digitis a morte remotus
tuor, ac septem, si sit latissima teda.
ix cum reticulis, & pane, & ventre lagena,
spice sumendas in tempestate secures.
postquam iacuit planum mare, tempora postq
spera vectoris, fatúmque valentius Euro,
pelago: postquam Parca meliora benigna
sa manu ducunt hilares, & staminis albi
nificæ: modica non multo fortior aura
tus adest, inopi miserabilis arte cucurrit
ctibus extensis, & quod superauerat vnum
lo prora suo, iam deficientibus Austris:
es vitæ cum sole redit, tum gratus Iulo,
Atque nouercali sedes prælata Lauino,
nspicitur sublimis apex, cui candida nomen
rofa dedit, latis Phrygibus mirabile sumen,
t nunquam visis triginta clara mamillis.
andem intrat positas inclusa per æquora moles,
rrhenámq; Pharon porrectáq; brachia rursus,
ua pelago occurrunt medio, longeq; relinquunt
ialiam. Non sic igitur mirabere portus,

auro a Laschene proditore redemit.

Dig. Alludit ad dictũ philosophi cuiusdam, qui cum audisset nauem trium digitorũ esse crassitudine, tantũ, inquit, a morte absunt, qui nauigant.

Nouercali Lauino: fuit enim Lauinũ dictum a Lauinia Latini filia, nouerca Iuli.

Candi. Albã intelligit, quæ ab alba porca, quæ triginta peperit fœtus albos, & ipsa Alba denominata est: autor Varro.

Quos natura dedit: sed trunca puppe magister
Interiora petit Baianæ pernia cymbæ.
Tunc stagnante sinu gaudent ibi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri, Imguis, animísque fauentes,
Sertáque delubris, & farra imponite cultris,
Ac molles ornate focos, glebámque virentem:
Iam sequar, & sacro, quod præstat, rite peracto
Inde domum repetam, graciles vbi parua coronæ
Accipiunt fragili simulachra nitentia cera.
Hic nostrum placabo Iouem, laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.
Neo suspecta tibi sint hæc, Coruine, Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria, paruos
Treis habet hæredes. libet expectare, quis ægram
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam sterili. verùm hæc nimia est impensa coturni:
Nulla vnquam pro patre cadet, sentire colorem
Si cœpit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitimè fixis vestitur tota tabellis
Porticus, existunt qui promittant hecatombeu.
Quatenus hic non sunt nec venales elephantes,
Nec Latio, aut vsquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur: sed furua gente petita
Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli seruire paratum
Priuato: siquidem Tyrio seruire solebant

Ling. Fauen. verba, quibus in sacris silẽtium indicebatur: sic Tibullus Lingua vir, mulierque faue.

Nemo. suspicetur me id agere, vt captem hominem, nam orbus non est, neque admodum locuples.

ἑκατόμβη sacrificium dictum à numero boum, quod genus describit Iul. Capitolinus in vita Maximi & Balbini.

Anniba

Annibali, & nostris ducibus, regique Molosso
Horum maiores, & dorso ferre cohortes
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turmã.
Nulla igitur mora p Nouiũ, mora nulla p Histrũ
Pacuuium, quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante lares Gallitæ victima sacra,
Tantis digna deis, & captatoribus horum.
Alter enim, si concedas mactare, vouebit
De grege seruorum magna, & pulcherrima quæq;
Corpora: vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas: & si qua est nubilis illis
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
Non sperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Laudo meum ciuem, nec comparo testamento
Mille rates: nam si Libitinam euaserit æger,
Delebit tabulas inclusus carcere nassæ,
Post meritum sanè mirandum, atque omnia soli
Forsan Pacuuio breuiter dabit: ille superbus
Incedet victis riualibus. ergo vides, quàm
Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis.
Viuat Pacuuius quæso, vel Nestora totum:
Possideat, quantum rapuit Nero: montibus aurũ
Exæquet: nec amet quenquam, nec ametur ab vllo.

Tanta est captatorũ improbitas, vt vel propriæ filiæ nõ parcant, si per leges liceret, modò spes prædæ affulgeat.

Libitinam euaserit: id est mortem effugerit: Nam Libitiua dea mortuis præest, vnde pro morte, seu feretro, quo mortui efferuntur, vsurpari solet.

SATYRA. XIII.

EXemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet autori prima est hæc vltio, quòd se
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Quid sentire putas omnes, Caluine, recenti

Ad Caluinũ, quem consolatur, vehementer dolentem, propter pecuniam ab eo,

apud quem deposuerat, sibi abnegatam, dicens non carere supplicio eũ, qui fidem nõ seruat. Nã vt maximè homi num iudiciũ euadat talis, conscientiæ carnificinam non euadet.

De scelere, & fidei violatæ crimine? sed nec
Tam tenuis census tibi contigit, vt mediocris
Iacturæ te mergat onus: nec rara videmus
Quæ pateris, casus multis hic cognitus, ac iam
Tritus, & e medio Fortunæ ductus acerno.
Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.
Tu quamuis leuium minimam, exiguámq; malor
Particulam vix ferre potes, spumantibus ardens
Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
Depositum: stupet hæc, qui iam post terga reliqu
Sexaginta annos Fonteio consule natus.
At nihil in melius tot rerum proficis vsu?
Magna quidem sacris qua dat præcepta libellis
Victrix fortuna sapientia. Dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ
Nec iactare iugum vita didicere magistra.
Quæ tam festa dies, vt cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucri
Quæsitum, & partos gladio, vel pyxide nummos?
Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.
Nona ætas agitur, peioráq; secula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & a nullo posuit natura metallo.
Nos hominum, Diuumq; fidem clamore ciemus,
Quanto Fessidium laudat vocalis agentem
Sportula. dic senior bulla dignissime, nescis
Quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis

Iacta, iug. detrectare, & frangi fortunæ insultibus.

Rari: alludit ad Græciæ sapientes, qui numero septem fuere, vt Thebarũ portæ, & Nili ostia.

Quem

um tua ſimplicitas riſum vulgo moueat, cum
is a quoquam ne peieret, & putet vllis
aliquod numen templis, aræq; rubenti?
undam hoc indigenæ viuebāt more, priuſquam
ueret agreſtem poſito diademate falcem
urnus fugiens, tunc cum virgunculā Iuno,
rinatus adhuc Idais Iupiter antris:
lla ſuper nubes conuiuia cælicolarum,
puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor
ld cyathos, & iam ſiccato nectare tergens
chia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
ndebat ſibi quiſque Deus, nec turba Deorum
lis, vt eſt hodie, contentáque ſidera paucis
uminibus miſerum vrgebant Atlanta minori
ndere: nondum aliquis ſortitus triſte profundi
perium, aut Siculatoruus cum eōiuge Pluton,
ec rota, nec furiæ, nec ſaxum, aut vulturis atri
na, ſed infernis hilares ſine regibus vmbræ.
probitas illo fuit admirabilis æuo.
ndebant hoc grande nefas, & morte piandum
iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
arbato cuicunque puer, licèt ipſe videret
ira domi farra, & maiores glandis aceruos.
am venerabile erat præcedere quattuor annis:
trimáque par adeo ſacræ lanugo ſenectæ.
Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus:
ireddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigioſa fides, & Tuſcis digna libellis,
Quæq; coronata luſtrari debeat agna.

Indigenæ, qui Græcè vocātur αὐτόχθονες.

Hercul. Vxor Hebe Iouis & Iunonis filia, quæ cum Ganymede eſt Dijs a cyathis.

Profundi matris quod ſorte Neptuno obuenit.

Quàm ſenectus fuerit antiquitus veneranda. Sanctitas priſcæ vitæ & probati mores.

Tuſcis libel. quę ex diſciplina Etruſca

expietur. Nã aruspicina inuenta est in Etruria: ostēdit autem suo seculo monstri esse simile, si quis fidem sernet, tanta est morum depraua tio.

Egregium, sanctúmque virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ:
Solicitus tanquam lapides effuderit imber,
Examénque apium longa consedexit vua
Culmine delubri: tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega, quid si bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illa
Summam, quã patulæ vix ceperat anguius arcæ?
Tum facile, & pronũ est superos cõtemnere testes
Si mortalis idem nemo sciat, aspice quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus.
Per solu radios, Tarpeiáque fulmina iurat:
Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula vatis:

Cyrrhæ, vat. Apollinis qui in Cyrrha Delphis vicino oppido colebatur.

Per calamos venatricis, pharetrámque puellæ:
Pérque tuum patrem Ægæi Neptune tridentem.
Addit & Herculeos arcus, hastamq; Minerue:
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si verò & pater est, Comedam inquit, flebile nati
Sinciput elixi, Pharióque madentis aceto.
Sunt qui in Fortunæ iam casibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura volente vices, & lucis, & anni:
Atq; ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur:

Præpostera quorundam superstitio.

Hic putat esse Deos, & peierat, atque ita secum
Decernat quodcunque volet de corpore nostro

Sit,

& irato feriat mea lumina sistro,
modo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.
phthisis, & vomica putres, & dimidium crus
tanti? pauper locupletem optare podagram
dubitet Ladas, si non eget Anticyra, nec
rchigene. quid enim velocis gloria plantæ
estat, & esuriens Pisæa ramus oliuæ?
sit magna, tamen certè lenta ira Deorum est.
rant igitur cunctos punire nocentes,
ndo ad me venient? sed & exorabile numen
asse experiar, solet his ignoscere. multi
mittunt eadem diuerso crimina fato.
crucem pretium sceleris tulit, hic diadema.
animum diræ trepidum formidine culpæ
firmant. tunc te sacra, ac delubra vocantem
cedit, trahere imo vltro, ac vexare paratus;
cum magna malæ superest audacia causæ,
ditur a multis fiducia. mimum agit ille,
bani qualem fugitiuus scurra Catulli.
miser exclamas, vt Stentora vincere possis,
potius quantum Gradiuus Homericiu. audis
iter hæc? nec labra moues? cum mittere vocem
bueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur
carbone tuo charta pia thura soluta
nimus, & sectum vituli iecur, albáque porci
enta? vt video nullum discrimen habēdum est
gies inter vestras, statuámque Batilli.
ccipe quæ contra valeat solatia ferre,
qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit

Lad. expeditus pauper & sanus, qualis fuit cursor ille.

Forta: Verba sunt eius, qui flagitium admisit.

Diuerso fato: quia alij pœnas dant: alij impunè peccant.

Mimo fabulā, in qua introducitur seruus clamore mirabili.

Batilli, pueri Samij, quæ a Polycrate erecta fuit citharœdico ornatu. Is fuit, qui ab Anacreonte

poëta etiam dilectus fuit, vt testatur Horatius.

A Cynicis tunica distantia, non Epicurum
Suspicit exigui latum plantaribus horti.
Curentur dubij medicis maioribus ægri,
Tu venam vel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis taceo, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec plana faciem contundere palma:
(Quãdoquidẽ accepto claudẽda est ianua damno
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Plangantur nummi, quàm funera. nemo dolorem
*Fingit * in occasu, vestem diducere summam*
Contentus vexare oculos humore coacto:
Ploratur lachrymis amissa pecunia veris.)
Sed si cuncta vides simili fora plena querela,
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vna superuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipsorum quos littera, gemmáque prince
Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis.
Te nunc delicias extra communia censes
Ponendum, quia tu gallina filius albæ
Nos viles pullinati infelicibus ouis?
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferenda
Si flectas oculos maiora ad crimina, confer
Conductum latronem, incendia sulphure cæpta,
Atque dolo primos cum ianua colligit ignes:
Confer & hos veteris, qui tollunt grandia templi
Pocula adoranda rubigine, & populorum
Dona, vel antiquo posita a rege coronas.
Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui

* al. in hoc casu. Funera amicorum minus luctuosa esse auaris, quàm pecuniæ iactura est.

χειρόγραφα schedæ propria manu conscriptæ, quibus nos creditori obligamus.

Rubigi. donaria, quæ propter vetustatem ipsam merito re.

Rada

adat maurati femur Herculis, & faciem ipſam
eptuni, qui bracteolam de Caſtore ducat,
d dubitet ſolitus totum conflare Tonantem?
nfer & artifices, mercatorémque venenī,
t deducendum corio bouis in mare, cum quo
ſauditur aduerſis innoxia ſimia fatis.
Hæc quota pars ſcelerū, quæ cuſtos Gallicus vrbis
Vſque a Lucifero, donec lux occidat, audit?
Humani generis mores tibi noſſe volenti
ufficit vna domus: paucos conſume dies, &
Dicere te miſerum poſtquam illinc veneris, aude.
Quis tumidū guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroë craſſo maiorem infante mamillam?
Cærula quis ſtupuit Germani lumina? flauam
Cæſariem? & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura eſt omnibus vna.
Ad ſubitas Thracū volucres, nubemq; ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis,
Mox impar hoſti, raptúſque per aëra curuis
Vnguibus a ſæua fertur grue: ſi videas hoc
Gemitibus in noſtris, riſu quatiere: ſed illic
Quanquam eadem aſſidue ſpectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non eſt altior vno.
Nullane periuri capitis, fraudiſque nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena
Protinus, & noſtro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio, manet illa tamen iactura, nec vnquam
Depoſitum tibi ſoſpes erit: ſed corpore trunco
Inuidioſa dabit minimus ſolatia ſanguis.

ligioſa haben debebant.

Deducendū: id eſt parricidam, qui culeo inuolutus in mare præcipitari ſolebat. Gal. Rutillius Gallicus ſub Domitiano præfectus vrbis.

In miſerijs maxima eſt conſolatio communem hominum conditionem intueri. Infan. mam. in Meroë inſula fœminæ mammas habent infantibus pares, vt teſtatur Pōponius Mela.

Sapientis est, nolle se vlcisci cum possit, quanquã grauiter læsus.

Senex, Socrates, cuius patientia multis exemplis probata est.

Conscientia satis grauis supplicũ est sontibus.

Pyth. Historia de Glauco Lacedæmonio prolixe tractat Herodotus lib. sexto, quam hic poëta obiter indicauit.

At vindicta bonum vita iucundius ipsa.
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut leuibus videas flagrantia causis.
Quantulacunque adeo est occasio, sufficit iræ.
Chrysippus non dicet idem, nec mitior Thaletis
Ingenium, dulcique senex vicinus Hymetto:
Qui partem acceptæ saeua inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare. plurima felix
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes
Prima docens rectum, sapientia: quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Vltio. Continuò sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, quã fœmina. cur tamẽ hoc sit
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, ac multa fœnore vltor
Quas & Caditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus
Nocte, dieq; suũ gestare in pectore testem. (tus,
Spartano cuidam respondit Pythia vati:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamẽ omnem
Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoque,
Et quamuis longa deductis gente propinquis:
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Nam

Iam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti oximen habet. cedò si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensa tempore cessat
Fucibus vt morbo siccis, interque molares
Difficili crescente cibo: sed vina misellus
Exput, Albani veteris pretiosa senectus
Displicet, ostendas melius, densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto versata toro iam membra quiescunt,
Continuò templum, & violati numinis aras,
Et quod pracipuis mentem sudoribus vrget,
Te videt in somnis, tua sacra, & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, examines primo quoq; murmure cœli,
Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed
Ictus cadat in terras, & vindicet ignis.
Nil nihil nocuit: cura grauiore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno,
Preterea lateris vigili cum febre dolorem
Cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt a numine, saxa Deorum
Hec, & tela putant: pecudem spondere sacello
Balantem, & laribus cristam promittere galli
Non audent: quid enim sperare nocentibus agris
Concessum? vel quæ non dignior hostia vita?
Mobilis, & varia est ferme natura malorum,
Et scelus admittūt: supereſt constantia: quid fas,

Pœna, qua laborant ij, qui sibi sunt malè conſcij, aut certè mali aliquid verſant in animo.

Ma. Human. A Venerabili, ni & diuina ſpecie, vt Suetonius in Claudio. Sceleratorū conſcientia ea, quæ ſecundùm naturam euentum, in peius interpretatur.

Late. dolor, quem Græci πλευρῖτιδα vocāt.

Qui ſemel aſſuetuit vitijs,

Atque

non facile se postea ab illis abstinere potest, donec pendeat, aut stranguletur.

Atque nefas, tandem incipiunt sentire pericli
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia: nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominū est, quē tu cōtentū videris vno
Flagitio? dabit in laqueum vestigia nostra
Perfidus, & nigri patietur carceris vncum,
Aut maris Ægæi rupem, scopulosq; frequentes
Exulibus magnis: pœna gaudebis amara
Nominis inuisi, tandemq; fatebere latus
Nec surdum, nec Tiresiam quemquā esse Deorū.

SATYRA XIIII.

Tiresiam: id est, cœcum: fuit enim Tiresias captus oculis.

Ad Fuscinum in parentes, qui liberos suos sceleratis moribus corumpant, quos optimis exemplis debebant formare, & prouocare ad meliora.

PLurima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruóque eadem mouet arma fritillo:
Nec de se melius cuiquam sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tuber a terra,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere sicedulas didicit, nebulone parente,
Et cana monstrante gula, cum septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato,
Barbatos licèt admoueas mille inde magistros,
Hic totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.
Mitem animū, & mores modicis erroribus æquet
Præcipit, atque animos seruorū, & corpora, nostra

Materia

Materia constare putat, paribusq; elementis?
An sauire docet Rutilius, qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu, & nullam Sirena flagellis
Cõparat Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus?
Tum felix, quoties aliquis tortore vocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuuenis lætus stridore catenæ,
Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus? expectas vt non sit adultera Largæ
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret? conscia matri
Virgo fuit. ceras nunc hac dictante puellas
Implet, & ad mœchum dat eisdem ferre cinædis.
Ne natura inbet, velocius, & citius nos
Corrumpũt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos authoribus: vnus, & alter
Forsitã hæc spernant iuuenes, quibus arte benigna,
Et meliore luto finxit præcordia Titan:
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce: etenim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac prauis omnes sumus, & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunq; sub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auũculus vsquam.
Nil dictu fœdum, visuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum,

Filij non docẽtur humanitatem, & clemẽtiã, sed potius crudelitatem, & tyrannidem in seruos.

Afficiunt, delectãt, hoc quidem in loco. est autem verbum medium. Natura faciles sumus ad vitia.

Titan, Prometheus, Iapeti filius, Titanis nepos.

Ad deteriora faciles sumus

nostra sponte, quemadmodum probat exemplũ quod Catilinas & seditiosus vbique facile invenias: Brutum, aut Catonem non ita.

Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
Quandoquidẽ similem tibi se non corpore tantũ
Nec vultu dederit, morum quoque filius, & cu
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, ac post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,
Cum facias peiora senex? vacuumque cerebro

Cucurbita. phreneticis solet admoueri, occipitio incisо, cucurbitulâ si neque mẽs constet, neque somnus accedat. Author Cornelius Celsus.

Iampridem caput hoc ventosa cucurbita quer
Hospite venturo cessabit nemo tuorum:
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela,
Hic lauet argentum, vasa aspera tergeat alter,
Vox domini fremit instantis, virgamq; tenenti
Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,

Magis curiosi sunt homines, vt ædes mundæ sint, quàm par est: non curant tamen, vt filiorum educatio domum reddat vitio carentem.

Ne perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus:
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioque carentem
Gratum est, quod patriæ ciuem, populoque dedi
Si facis vt patriæ sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimũ enim intererit, quibus artibus, & q
Moribus instituas: serpete Ciconia pullos

Vt ciconiarũ

Na

Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illeadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento, & canibus, crucibúsque relictis,
Ad fœtus properat partemque cadaueris affert.
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, & se
Pascentis propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporē, aut capream famulæ Iouis, & generosa
In saltu venantur aues, tunc præda cubili
Ponitur: inde autem, cùm se matura leuabit
Progenies stimulante fame festinat ad illam,
Quam primùm rupto prædam gestauerit ono.
Ædificator erat Centronius & modò curuo
Littore Caietæ summa nunc Tiburis arce,
Nunc Prænestinus in montibus, alta parabat
Culmina villarum, Græcis, longeque petitis
Marmoribus, vincēs Fortunæ, atq; Herculis ædē,
Vt spado vincebat Capitolia nostra Posides.
Dum sic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas attollit marmore villas.
Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant.
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses:
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti.

pulli a teneris assuefacti colubris vescuntur, sic liberi tales euadunt quales a parentibus instituuntur.

Cur. lit. sunt qui putent Iuuenalem alluſisse ad nomen Caietæ, nam curua Caietas, Lacones, appellant: author Strabo.

In superstitionem iudæorum occasione sumpta a patribus superstitiosis, qui filios suo exemplo in Iudaismum inducunt.

Quæsitum

Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.
Sed pater in causa, cui septima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra,
Cum sit triste habitu, vultuq; & veste seuerum.
Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum.
Certa magis, quàm si fortunas seruet easdem
Hesperidū serpens, aut Pōticus. adde quòd hūc, de
Quo loquor, egregiū populus putat, atq; verendum
Artificem, quippe his crescunt patrimonia fabris.
Sed crescunt quocunque modo, maioráque sunt
Incude assidua, semperque ardente camino.
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant: iuuenes hortantur, vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere secta.
Sint quædam vitiorum elementa, his protinus illo
Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes.
Mox acquirendi docet insatiabile votum,
Seruorum ventres modio castigat iniquo,
Ipse quoq; esuriēs. neq; enim omnia sustinet vnq
Mucida cærulei panis consumere frusta,
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cœna
Alterius concham æstiui cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio, putríque siluro,

Auaritiam Iudæi enim maximè sunt auari, vtpote qui latè dispersi per orbem terrarū ex fœnore locupletantur. Fallit enim iuxta illud. Decipimur specie recti. Ponti. qui apud Colchos seruabat aureum vellus, a Phryxo suspensum.

Secta a sequendo, quæ propriè est philosophorum: author Seneca.

Minutal. cōdimenti genus, quod ex rebus minutim concisis conficiebatur.

Filáq

Filáque sectiui numerata includere porri:
Imitatus ad hæc aliquis de ponte negabit,
Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas?
Cũ furor haud dubius, cũ sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriaris egenti viuere fato.
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit,
Et minùs hanc optat, qui non habet. ergo paratur
Altera villa tibi, * *cum rus non sufficit vnum,*
Et proferre libet fines: maiórque videtur,
Et melior vicina seges, mercaris & hanc, &
Arbusta, & densa montem qui canet oliua.
Quorum si pretio dominus non vincitur vllo,
Nocte boues macri, lassóque famelica collo
Armenta ad virides huius mittuntur aristas:
Nec prius inde domum, quàm tota noualia sanos
In ventres abeant, vt credas falcibus actum.
Dicere vix possis, quàm multi talia plorent,
Et quot venales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones? quæ fœda buccina fama?
Quid nocet hoc? inquit, tunicam mihi malo lupini,
Quàm si me toto laudet vicina pago
Exigui ruris pauciſſima farra secantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,
Et luctum, & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,
Si tantum cultis solus possederis agri,
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractis ætate, ac Punica passis

De ponte, mendicus. nã in pontibus mendicant stipem.

Sic Horat. Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorúmque fames diuitiarum. *al. cui.

Seges a serẽdo, est fructus, & terra quæ seritur.

Quantas iniurias auari vicinis inferre soleant, nisi quæcunque velint, habeant venalia.

Tuni. verba auari qui iuxta illud Horatij: populus me exibilat, ait, at mihi plaudo ipse domi.

Ex priscorum frugalitate o-

Rendit temporis sui fastum & auaritiam, nam cum ętate, & bello iã confecti essent, bene secum agi putabãt, si vno, aut altero iugere agri donarentur.

Prælia, vel Pyrrhum immanẽ, gladiosq; Molossos,
Tandem pro multis vix ingera bina dabantur
Vulneribus, merces ea sanguinis, atque laboris.
Nullis visa vnquam meritis minor, aut ingrata
Curta fides patriæ. saturabat glebula talis
Patrem ipsum, turbamque casæ, qua fœta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quatuor, vnus
Vernula, tres domini: sed magnis fratribus horum
A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.

Ab amplarũ possessionum cupiditate omnia ferè scelera, tanquam a fonte profluxerũt. Non facile potest quispiam iustè, & citò detestere.

Inde ferè scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quam sæua cupido
Indomiti census. nam dines qui fieri vult,
Et citò vult fieri: sed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis a-
Viuite contenti casulis, & collibus istis (nari?
O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim,
Vestinúsque senex, panem quæramus aratro,

Cuiusmodi præceptis veteres liberos suos exhortati sint.

Quis satis est mensis. laudant hoc numina ruris,
Quorum ope, & auxilio gratæ post munus aristæ
Contingunt homines veteris fastidia quercus.
Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi, qui summouet Euros
Pellibus inuersis, peregrina, ignotáque nobis
Ad scelus, atq; nefas, quodcunq; est, purpura ducit.

Ambitio, causa omniũ scelerum.

Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum

Clamosus

Clamosus iuuenem pater excitet, accipe ceras,
Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem posce libello.
Sed caput intactum buxo, narésque pilosas
Annotet, & grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum Attegias, castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat, aut longos castrorum ferre labores
Sipiget, & trepido soluunt tibi cornua ventrem
Cum lituis audita, pares quod vendere possis
Pluris diuidio, nec te fastidia mercis
Vllius subeant ableganda Tiberim vltra:
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta, & corium. lucri bonus est odor ex re
Qualibet. illa tuo sententia semper in ore
Versetur, Dijs, atque ipso Ioue, digna poëta:
Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant vetulæ pueris poscentibus assem:
Hoc discunt omnes ante alpha, & beta puellæ.
Talibus instantem monitis quemcunque parentem
Sic possum affari: Dicô vanissime, quis te
Festinare iubet? meliarem præsto magistro
Discipulum, securus abi, vincêris vt Aiax
Præterijt Telamonem, vt Pelea vicit Achilles.
Parcendum est teneris, nõdum impleuere medullas
Natiuæ mala nequitiæ, cum pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, verdet periuria summa
Exigua, Cereris tangens, arámque, pedémque

Vitem. Centurionis munus, qui vitẽ gestat.

Sol. si non sis animosus in bello.

Sente. poëtæ Ennij, cuius est versus ille. Vnde habeas & cætera.

Quid opus est iuuentutem instigare, cum per se ad vitia sit proclivis, & te in ea re facilè superabit.

Elatam iam crede nurum, si limina vestra
Mortifera cum dote subit quibus illa premetur
Per somnum digitis? nam qua terráque, maríque
Acquirenda putes, brevior via conferet illi.
Nullus enim magni sceleris labor. Hæc ego nũquã
Mandaui, dices olim, nec talia suasi:
Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te.
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo: quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisque relictis,
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeò indulgent sibi latiùs ipsi.
Cum dicis iuueni stultum, qui donet amico,
Qui paupertatem leuet, attollatque propinqui:
Et spoliare doces, & circunscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarũ amor in te est,
Quantus erat patriæ Deciorũ in pectore, quãtum
Dilexit Thebas, si Gracia vera, Menœceus,
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum Clypeis nascuntur, & horrida bella capessunt
Continuò, tanquam & tubicen surrexerit vnà.
Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.
Nec tibi parcetur misero, trepidumq; magistrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota mathematicis genesis tua, sed graue tradat

Expectare

Quib. digitis quasi dicat aconito infectis, fœminis vel tactu præsentissimo veneno: author Plinius.

Et qui. Quidã putant hunc versum esse gothum.

Cum pater stultum esse ait, beneficiũ amico præstare, incausa est, vt filius tordidus sit.

Menœceus Thebanus, qui ex oraculi monitu pro salute patriæ sponte se transfixit, & in medias hostiũ acies eoniecit, vt scribit Papinius libro decimo. T.H.

Expectare colos: morieris stamine nondum
Abrupto, iam nunc obstas, & vota moraris.
Iam torquet iuuenem longa & ceruina senectus.
Ocyus Archigenē quære, atq; eme, q; Mithridates
Composuit, si vis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare rosas, medicamen habendū est,
Sorbere ante cibū, quod debeat aut pater, aut rex.
Monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti,
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus, ærata multus in arca
Fiscus, & ad vigilem ponendi Castora nummi,
Ex quo Mars vltor galeam quoq; perdidit, & res
Non potuit seruare suas: ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas,
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora? quique solent rectum descēdere funem,
Quám tu, Corycia semper qui puppe moraris,
Atque habitas Coro semper tollendus, & Austro
Perditus? a Siculis sacci mercator olentis?
Qui gaudes pingui antiquæ de littore Cretæ
Passum, & municipes Iouis aduxisse lagenas?
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta
Victum illa mercede parat, brumamq́; famemq́;
Illa reste cauet. tu propter mille talenta,
Et centum villas temerarius. aspice portus,
Et plenū magnis trabibus mare. plus hominū est iā
In pelago, veniet classis quocunque vocarit

Casto. apud mensarios, qui in foro erant, vbi erant ædes Castoris & Pollucis.

Cory. piratica, quales sūt Cilices.

Passum, Vini genus, quod ex Creta potissimùm mittebatur. fit autem ex vuis ad solem passis, & arefactis, vnde nomē habet.

Spes lucri nulla recusat maris pericula, nullum itineris tædium.

Spes lucri, nec Carpathium, Getuláque tantùm
Æquora transiliet, sed longè Calpe relicta,
Audiet Herculeo stridentem gurgite Solem.
Grande operæpretium est, vt tenso folle reuerti
Inde domum possis, tumidáque superbus aluta

Cum multa sint insaniæ genera, sua quadam insania laborat auarus.

Oceani monstra, & iuuenes didisse marinos.
Non vnus mentes agitat furor, ille sororis
In maribus vultu Eumenidum terretur, & igni:
Hic boue percusso mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum, parcat tunicis licèt, atque lacertis,
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet

*alueus.

Ad summũ latus, & tabula distinguitur vnda:*
Cum sit causa mali tanti, & discriminis huius

Concisum. περὶ χρεῶν pecuniæ, quæ variis titulis, & imaginibus signatur.

Concisum argentum in titulos, faciésque minutas.
Occurrunt nubes, & fulgura: soluite funem
Frumenti dominus clamat, piperísque coëmptor,
Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur,
Æstiuum tonat infelix, hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctúque premetur

Zonam, crumenam illam in qua aurum recondebãt, & ea se præcingebant.

Obrutus, & zonam læua, morsúque tenebit.
Sed cuias votis modò non sufficerat aurum,
Quod Tagus, & rutila volut Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguúsque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura maiore, metúque
Seruantur: misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem
Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
Electro,

Electro, signísque suis, Phrygiáque columna,
Atque ebore, & lata testudine dolia nudi
Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet
Cras domus, atq; eadē plumbo commissa manebit.
Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus, Fortuna Deā: mensura tamen quæ
Sufficiat census, si quis me consulat, edam:
Inquantum sitis, atque fames, & frigora poscunt,
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt antè penates:
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.
Acribus exemplis videor te claudere. misce
Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam
Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.
Hæc quoque si rugam trahit, extenditq; labellum,
Sume duos equites, fac tertia quadringenta:
Si nondum impleui gremium, si panditur vltra,
Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cuius
Paruit imperijs vxorem occidere iussus.

Alexander vidit Diogenem se feliciorem, qui nihil cuperet, ipse vno mundo non esset contentus.

Nunquam ali. videtur illud innuere, quod a Stoicis dicitur, beatè eos viuere, qui secundùm naturam viuũt.

Orthon. qui tulerat legem ne quis sederet in 14. gradibus, nisi qui quadringenta sestertia haberet.

SATYRA XV.

QVis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilō adorat
Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibim,

Ad volusinm Bithynicũ de immanitate,

& superstitione Ægyptiorum, qui præpostera religione feras colunt, homines iugulent: ferinis carnibus abstineant, humanis vescantur.

Effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam:
Porrum & cæpe nefas violare, ac frãgere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina, lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa: nefas illic fœtum iugulare capellæ,
Carnibus humanis vesci licet attonito cum

Ea, quę Vlysses narrabat Alcinoo, etsi fabulosa erant, tamen minus erant atrocia, quàm quod narrabo.

Tale super cœnam facinus narraret Vlysses
Alcinoo, bilem, aut risum fortasse quibusdam
Moueat, vt mendax aretalogus, in mare nemo
Hunc abicit, sæua dignum, veráque Charybdi,
Fingentem immanes Læstrygonas, & Cyclopas?
Nam citiùs Scyllam, vel concurrentia saxa
Cyanes, plenos & tempestatibus vtres
Crediderim, aut tenui percussum verbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
Tam vacui capitis populum Phæaca putauit?
Sic aliquis meritò nõdum ebrius, & minimum qui
De Corcyræa temetum deduxerat vrna:
Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.
Nos miranda quidem, sed nuper consule Vinco
Gesta super calidæ referemus mœnia Copti:
Nos vulgi scelus, & cunctis grauiora cothurnis.

Coptus commune Arabũ, & Ægyptiorum emporium.

Nã scelus (a Pyrrha, quãquã oĩa syrmata voluas,
Nullus apud tragicos populus facit) accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.

Inter

ter finitimos vetus, atque antiqua simultas,
mortale odium, & nunquam sanabile vulnus:
Ardet adhuc Cōbos, et Tentyra. summus vtrinq;
de furor vulgò, quod numina vicinorum
dit vterq; locus, quum solos credat habendos
se Deos, quos ipse colit) sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis
sa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
atum, hilaremq; diem, ne magnæ gaudia cœnæ
ntirent positis ad templa, & compita mensis,
eruigiliq; thoro: quem nocte, ac luce iacentem
ptimus interea sol inuenit. horrida sanè
Egyptus, sed luxuria quantum ipse notaui,
rbara famoso non cedit *turba Canopo.
Adde quòd & facilis victoria de madidis, &
lesis, atque mero titubantibus. inde virorum
ltatus nigro tibicine, qualiacunque
guenta, & flores, multæq; in fronte coronæ:
inc ieiunum odium, sed iurgia prima sonare
cipiunt animis ardentibus. hæc tuba rixæ,
hinc clamore pari concurritur, & vice teli
uit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ
x cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
teger. aspiceres iam cuncta per agmina vultus
imidios, alias facies, & hiantia ruptis
sa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
dere se credunt ipsi tamen, & pueriles
ercere acies, quòd nulla cadauera calcent,
sanè quòd tot rixantis millia turbæ

Odium intra Aegyptios ob religio[illegible]. Nam qui [illegible]bi habitant, Crocodilum colunt, qui verò Tentyram, accipitrem.

*al. ripa. Canop. vbi templū erat Serapidis, ad cuius sacra magna vis hominum confluebat, non sine nequitia.

Contentionē illam iocum arbitrantur nisi aliquot pereant.

Sic viuunt omnes: ergo acrior impetus, & iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, domestica seditione
Turnus. Aeneid. 12. Aiax in Hectorem Iliad. 7. & Diomedes in 5. saxum mirræ magnitudinis in Aeneam mittit.
Tela, nec hunc lapidem, quali se Turnus, & Aiax,
Et quo Tydides percussit pondere coxam
Æneæ, sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc viuo iam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.
Ergo Deus quicunque aspexit, ridet, & odit.
A diuerticulo repetatur fabula: postquam
Subsidijs acti, pars altera promere ferrum
Audet, & infestis pugnam instaurare sagitis:
Palm. quæ & in Aegypto, vbi Tentyra est, plurima prouenit.
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus instant,
Qui vicina colunt vmbrosa Tentyra palmæ.
Labitur hic quidam, nimia formidine cursum
Præcipitans, capiturq; : ast illum in plurima sectum
Frusta, ac particulas, vt multis mortuus vnus
Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
Exaggeratio sceleris.
Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus: longũ vsque adeo, tardúmq; putauit
Expectare focos, contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet, quòd non violauerit ignem,
Quem summa cœli raptum de parte Prometheus
Donauit terris: clemento gratulor, & te
Exultare reor: sed qui mordere cadauer
Suetinuit, nihil vnquam hac carne libentius edit.
Nam scelere in tanto ne quæras, & dubites, an
Prima voluptatem gula senserit: vltimus autem

Qui

Qui ſtetit abſumpto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de ſanguine guſtat.
Vaſcones, fama eſt, alimentis talibus vſi
Produxere animas: ſed res diuerſa, ſed illic
Fortunæ inuidia eſt, bellorúmque vltima, caſus
Extremi, longæ dira obſidionis egeſtas.
Huius enim, quod nunc agitur, miſerabile debet
Exemplum eſſe cibi, ſicut modò dicta mihi gens
Poſt omnes herbas, poſt cuncta animalia, quicquid
Cogebat vacui ventris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem, ac maciem, & tenues miſerātibus artus
Membra aliena fame lacerbant, eſſe parati
In ſua. quiſnā hominū veniā dare, quiſue Deorū
Tantis abnuerit dira, atque immania paſſis,
Et quibus ipſorum poterant ignoſcere manes,
Quorum corporibus veſcebantur? melius nos
Zenonis præcepta monent: nec enim omnia, quædā
Pro vita facienda putat: ſed Cantaber vnde
Hoſticus, antiqui præſertim ætate Metelli?
Nunc totus Graias, noſtraſq; habet orbis Athenas.
Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur iam Rhetore Thule.
Mobilis ille tamen populus, quem diximus, & par
Virtute, atque fide: ſed maior clade Saguntus
Quale quid excuſat. Maotide ſæuior ara
Egyptus, quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inuentrix, homines (vt iam quæ carmina tradunt
Digna fide credas) tantùm immolat, vlterius nil,
Sat grauius cultro timet hoſtia: quis modò caſus

Impulit

Vaſ. a Sertorio obſeſſi, ne fidē pop. Ro. violarent cadaueribus veſcebantur, dum fame vrgerentnr, vt ſcribunt Plutarchus, & Appianus.

Vaſconum factum extenuat, & venia dignum cenſet, propter neceſſitatem, qua vrgebātur: illo præſertim tempore, quo ex philoſophia non didiciſſent, quid eſſet honeſtum factu.

Zeno qui pro vita tuenda ab honeſto recedendum non putat.

Thule, inſula vltima ad ſeptentrionem.

Mæot. Taurica regio in Cherſoneſo ad oſtia Mæotidis ſita eſt, vbi Dianæ immolabantur hoſpites.

Impulit hos? quæ tanta fames, infestaq́ vallo
Arma coëgerunt tam detestabile monstrum
Audere? an ne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
Qua nec terribiles Cymbri, nec Britones vnquam,
Sauromataq́ truces, aut immanes Agathyrsi,
Hac sæuit rabie imbelle, & inutile vulgus
Paruula fictilibus solitum dare vela phaselis,
Et breuibus pictæ remis incumbere testæ.
Nec pœnam sceleri inuenies: nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt,
Et similes ira, atque fames. mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quæ lachrymas dedit: hæc nostri pars optima sensus.*
Plorare ergo iubet causam lugentis amici,
Squaloremq́ rei, pupillum ad iura vocantem
Circunscriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi. quis enĩ bonus, aut face dignus
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorúmque capaces,
Atque exercendis, capiendísque artibus apti,
Sensum a cœlesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communis conditor illis

Sauro. Græcis sunt ij, qui Latinè Sarmatæ vocantur.

Natura ad humanitatem nascimur.

*al. intima: vt lachrymis penitissimos affectus exprimi intelligas.

Minor igne: iunior, quàm, qui cremari meruerit. Nam scribit Plinius lib. 7 prisci fuisse morem hominem priùs, quame diro de te, non cremari.

Tantum

Tantũ animas, nobis animũ quoq;, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet,
Dispersos trahere in populum, et migrare vetusto
De nemore, & proauis habitatas linquere syluas,
Ædificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, sutos vicino limine somnos,
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem,
Communi dare signa tuba, defendier isdem
Turribus, atque vna portarum claue teneri.
Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: sæuis inter se conuenit vrsis:
Ast homini ferrum letale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rastra, & sarcula tãtũ
Assueti coquere, & marris, ac vomere lassi
Nescierint primi gladios excudere fabri.
Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit qui
Tantũ hoĩe: et ventri indulsit nõ omne legumen?

Hominibus rationem tributam esse, vt illos conciliaret ad vitæ societatem, atq; vt communicatis vitæ commodis, alij alijs prodesse possint.

Peius conuenit hominibus inter se, quàm inter belluas ferocissimas.

Tanta est hominum inter se atrocitas, vt non contẽti sint mutua cẽde, nisi etiam se mutuò deuorẽt.

Non omne: a fabis enim abstinuit.

SATYRA XVI.

QVis numerare queat felicis præmia, Galle,
Militiæ? nam si subeantur prospera castra,

Ofté dit quã-ta commoda,

& priuilegia leges, & imperatores ijs, qui militiam sequuntur, indulserint.

Me pauidum excipiet tyronem porta secundo
Sidere. plus etenim fati valet hora benigni,
Quàm si nos Veneris commendet epistola Marti,
Et Samia genitrix quæ delectatur arena.
Commoda tractamus primùm communia, quorũ
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat. imo etsi pulsetur, dissimulet, nec
Audeat excussos prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atque oculos medico nil promittente relictos.

Bar. Centurio & miles datur militi iudex ex instituto Camilli, ne miles extra in ius vocaretur.

Bardiacus iudex datur hæc punire volenti:
Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ,
Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Seruata, miles ne vallum litiget extra,
Et procula signis. iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Vltio, si iustè defertur causa querelæ.
Tota cohors tamen est inimica, omnesq; manipli
Consensu magno officiunt: curabitis, vt sit
Vindicta grauior, quàm iniuria? dignum erit ergo

Vagel, causidici audacissimi, qui vel causas periculosas suscipiebat.

Declamatoris Mutinensis corde Vagelli,
Cum duo crura habeas offendere tot caligatos.
Millia clauorum, quis tam procul absit ab vrbe?
Præterea, quis tam Pylades molem aggeris vltra
Vt veniat? lachryma siccentur protinus, & se
Excusaturos non sollicitemus amicos.
Da testem, iudex quem dixerit, audeat ille
Nescio quis, pugnos vidit qui, dicere Vidi,
Et credam dignum barba, dignúmque capillis

Maiorum

laiorum, citius falsum producere testem
ntra paganum possis, quàm vera loquentem,
ntra fortunam armati, contraq; pudorem.
emia nunc alia, atq; alia emolumenta notemus
cramentorum, connallem ruris auiti
probus, aut campum mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
uod mea cum vetulo colnit plus annua libo:
ebitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
ua supernacui dicens chirographa ligni,
pectandus erit, qui lites inchoet, annus
ius populi: sed tunc quoque mille ferenda
udia, mille mora, toties subsellia tantùm
emuntur: iam facundo ponente lacernas
ditio, & Fusco iam micturiente, parati
gredimur, lentaq; fori pugnamus arena.
illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,
uod placidum est, illis præstatur tempus agendi,
icres atteritur longo sufflamine litis.
is præterea testandi militibus ius
uo patre datur. nam quæ sunt parta labore
ilitiæ, placuit non esse in corpore census,
ne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
norum comitem, castrorúmque æra merentem
ātis iā tremulus captat pater: hūc labor æquus
nebit, & pulchro reddit sua dona labori.
ius certè ducis hoc referre videtur,
qui fortis erit, sit fœlicissimus idem,
leti phaleris omnes, & torquibus omnes.

Paganum qui miles nō est. Nam apud iurisconsultos opponūtur paganus, & miles.

An. to. vix tandem nisi post longum interuallum conueniunt iudices, neque semper ius dicunt.

Ex filijs familias tātum militi, viuo patre testari conceditur, & quod parauit peculiū in eius arbitrio esse, vt est apud iurisconsultos.

FINIS.

AVLI PERSII FLACCI SATYRAE SEX.

***

Cum annotatiunculis breuis commentarij vice in marginibus adiectis.

1579.

AVLI PERSII

VITA.

Vlus Perſius Flaccus, vt autor eſt Euſebius, Volaterris Etruriæ ciuitate natus eſt, quod & ipſe videtur innuere cum ait ſatyra ſexta: Mihi nunc Ligus ora
Intepet, hybernátq; meum mare, quà latus ingens
Dant ſcopuli, & multa litus ſe valle receptat,
Lunai &c. Deſcribit enim portum Lunæ, quod oppidum eſt in Etruria, quò ſeceſſerat, & mare ſuum vocat, nimirum ſe Etruſcum ſignificans. Natus eſt, vt quidam volunt, ſub Tiberio principe, eius imperij anno vigeſimo primo: mortuus Neronis nono, cum ageret triceſimum ætatis ſuæ annum, Romam literarum cauſa profectus, ſumpta virili toga, Cornuto philoſopho dedit operam, quem præcipuè obſeruabat, vt ipſe teſtatur ſatyra quinta:

Cum primùm pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaque ſuccinctus laribus donata pependit,
Me tibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos
Socratico, Cornute, ſinu.

Amicos in primis colúit Minutium Macrinum Equeſtris ordinis principem, & Cęſium Bassum poëtam Lyricum. Præter has ſatyras, nihil ſcripſiſſe teſtatur Quintilianus libro decimo, de ſatyra loquens in hanc ſententiam: Multum, & veræ gloriæ, quamuis vno libro, Perſius meruit. Et Martialis:

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quàm leuis in tota Marſus Amazonide.

AVLI

A. PERSII FLACCI IN SATYRAS PROLOGVS.

EC fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, vt repente sic poeta prodirem.
Heliconidásque, pallidámque Pyrenen
Illis relinquo, quorum

Hæc præfatio, quæ primæ satyræ argumenti vice est, notat quorundam stultitiam, & sordes, qui sine labore poetam nasci putant, ipsi interim nihil cuiquam donantes. Vt repente: vt Hesiodus, & Ennius prodierunt, quorum ille dicitur a musis ad Heliconis fontem deductus, repentéque factus poeta: hic somniauit Homeri præstantissimi vatis animam in corpus suum immigrasse. In scriptores, qui tantùm ad voluptatem me-

imagines lambunt
Edera sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Quis expedivit psittaco suum χαῖρε,
Picásque docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quòd si dolosi spem reflexerit nummi,
Corvos poëtas, & poëtridas picas
Cantare credas Pegaseium melos.

SATYRA PRIMA.

O Curas hominum, ô quàtum est in rebus inane?
Quis legerhæc? min' tu istud vis? Nemo hercule.
Nemo?

Vel duo, vel nemo. Turpe & miserabile. quare?
Næ mihi Pulydamas, & Troïades Labeonem
Prætulerint. Nugæ: non si quid turbida Romā
Eleuet, accedas: examénue improbum in illa
Castiges trutina: nec te quæsiueris extrà.
Nam Romæ quis non? ah si fas dicere: sed fas,
Tunc, cum ad canicīē, & nostrū istud viuere triste
Aspexi, & nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum sapimus patruos, tunc, tunc ignoscite nolo.
Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
Grāde aliquid, quod pulmo aīa prælargus anhelet.
Scilicet hæc populo pexúsque, tōgáque recenti,
Et natalitia tandem cum sardonychè albus,
Sede legens celsa, liquido cum plasmate guttur
Mobile colluerit, patranti fractus ocello:
Hîc neque more probo videas, neque voce serena.
Ingentes trepidare Titos, cùm carmina lumbum
Intrant, & tremula scalpuntur vlti intima versu.
Tun' vetule auriculis alienis colligis æsus?
Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe:
Quid didicisse, nisi hoc fermentum, et quæ semel in-
Innata est, rupto iecore, exierit caprificus? (tus
En pallor, seniúmque: ô mores: vsque adeóne
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrū est digito mōstrari, & dicier, Hic est.
Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula quærunt

Romulidæ

pta quędam, & nihil ad bonos mores facientia, scriberent. Næ mihi: Imitatio Homerica: in qua per Polydamanta ironicè Neronem significat: qui Accium Labeonem, tametsi poëticæ parū doctus esset, charum sibi haberet. Tantùm hoc spectant hodie, qui scribunt, vt gloriam & famā captent, non vt prosint, cum effœminata voce recitent.

Ohe, quid prodest didicisse literas, nisi ostentes eruditionem tuam, quam tanto studio parasti.

Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrent.
Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna
Rancidulumquiddã balba de nare loquutus, (eſt,
Phyllidas, Hyſiphylas, vatum & plorabile ſi quid
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato:
Aſſenſere viri, nunc non cinis ille poëtæ
Felix? nunc leuior cippus non imprimit oſſa?
Laudant conuiuæ: nunc non e manibus illis,
Nunc non è tumulo, fortunatáque fauilla
Naſcentur violæ? Rides ait, & nimis vncis
Naribus indulges. an erit, qui velle recuſet
Os populi meruiſſe, & cedro digna loquutus
Liquere, nec ſcõbros metuentia carmina, nec thus?
Quiſquis es ô, modò quem ex aduerſo dicere feci
Non ego, cum ſcribo, ſi forte quid aptius exit,
(Quãdo hæc rara auis eſt) ſiquid tamẽ aptiꝰ exit,
Laudari metuam, neq; enim mihi cornea fibra eſt:
Sed recti finémque, extemúmque eſſe recuſo
Euge tuum, & belle. nam belle hoc extute totum,
Quid non intus habet? non hic eſt Ilias Acci
Ebria veratro, non ſiqua elegidia crudi
Dictarunt proceres, non quicquid denique lectis
Scribitur incetreis: calidum ſcis ponere ſumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna:
Et verum, inquis, amo, verum mihi dicito de me.
(Qui potes? vis dicam? nugaris, cum tibi cæluo
Pinguis aqualiculus propenſo ſex quipedo extet:
O Iane, a tergo quem nulla cicouia pinſit,

Phyllis & Hypſiphyle Heroides ex Ouidij epiſtolis ſatis notæ.

In ſcribendo non hoc ſpectandum, vt laudemur tãtùm, ſed vltro quia honeſtum eſt, id agendum.

Ilias. nihil moror Acciũ Labeonem, qui elleboro ſe purgat, & cœnis laudatores redimit. Veratrum herbæ genus quod ſumitur ad ingẽnium purgãdum: Græcè ἐλλέβορος dicitur.

Pœlix qui nõ est tam stupidus, quin sentiat adulatorum subsannationes, cum alioquĩ laudant.

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec lingua, quantum sitiat canis Appula tãtum,
Vos ô patricius sanguis, quos vivere fas est
Occipiti caeco, postica occurrite sannæ.
Quis populi sermo est? quis enĩ, nisi carmina molli
Nunc demum numero fluere, ut per læve severos
Effundat iunctura ungues? scit tendere versum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno:
Sive opus in mores, in luxum, & prandia regum,

Si ue commœdiam, siue tragœdiã velit scribere magnus artifex.

Dicere res grandes nostra dat musa poeta.
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos. Graece: nec ponere lucum

In nobilium superbiam, ostendens Romanos ex pastoribus originem duxisse.

Artifices, nec rus saturum laudare, ubi corbes,
Et focus, & porci, & fumosa parilia fœno,
Unde Remus sulcóque terens dentalia Quinti,
Cum trepida ante boues dictatorem induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit: euge poëta,
Est nunc Briseĩ, quem venosus liber Acci,
Sunt quos Pacuuiusque, & verrucosa moretur
Antiopa: animmis cor luctificabile fulta.
Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cum videas, quaeris ne unde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas? unde istud dedecus, in quo
Troiulus exultat tibi per subsellia lenis?
Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere? quin tepidum hoc optes audire decenter?
Fur es ait Pedio: Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis, doctus posuisse figuras

In uxnoχήλους, & nimium antiquitatis admiratores, vitia pro virtutibus ęmulantes.

Quidam tam gloriæ sunt auidi, vt vel in capitis sui periculo ad eloquentiam quandam cõuertantur.

Laudatur.

Laudatur bellum hoc. hoc bellũ? an Romule ceues?
Men' moueat quippe, & cantet si naufragus, assem
Protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? verùm, nec nocte paratum
Plorabit, qui me volet incuruasse querela.
Sed numeris decor est, & iunctura abdita crudis.
Claudere sic versum didicit, Berecynthius Atys,
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin,
Sic costam longo subduximus Apennino.
Armà virùm: nónne hoc spumosũ, & cortice pin-
Vt ramale vetus* vegrandi subere coctum? (gui
Quidnam igitur tenerũ, & laxa ceruice legendũ?
Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris, & Lyncem Mænas flexura corymbis
Euion ingeminat, reparabilis adsonat echo.
Hæc fierent, si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis? summa delumbe saliua
Hoc natat in labris, & in vdo est Mænas, & Atys,
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis ne maiorum tibi forte
Limina frigescant sonat hic de nare canina
Littera. per me equidẽ sint omnia protinus alba:
Nil moror. *Euge omnes, oẽs bene miræ eritis res,
Hoc iuuat, Hic, inquis, veto quisquã faxit oletum
Pinge duos angues: pueri sacer est locus, extrà
Meijte, discedo. secuit Lucilius vrbem.

Berecy. Nonnulli rbitrãtur Neronem vt durum in versu hic notari.

*al. prægrandi.

Torua. Hos versus vt nimis turgidos ridet.

Si vel tantillum esset nobis industria non versaremur semper in ijsdem argumentis iã vulgo protritis.

*al. Euge: omnes etenim bene.

Lucilij libertas.

Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Horatij dexteritas.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Scrob. Alludit ad fabulam Midæ regis.

Men' mutire nefas, nec clā, nec cū scrobe? Nusquā.
Hic tamen insodiam, vidi, vidi ipse libelle,
Auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum,
Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo
Iliade: audaci quicunq; afflate Cratino,

Prægr. sene, Aristophane comico.

Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles:
Aspice & hæc, si forte aliquid decoctius audis.
Inde vaporata lector mihi ferueat aure.

Nolo lectorem mathematicæ, aut bonorum opinione turgidum, sed sani iudicij.

Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit
Sordidus, & luscus qui poscit dicere lusce,
Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas:
Nec qui abaco numeros, & secto in puluere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.
Hic mane edictum, post prandia Callirhoen do.

SATYRA II.

Hæc satyra sumpta est ex secundo Platonis Alcibiade in vota [illegible]mpia, & sce[illegible]ta, qui[illegible]s deos sol[illegible]tabant ho[illegible]nes perdi[illegible]mi.

[illegible]liore la[illegible]. Thraces

HVnc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.
Funde merum genio, non tu prece poscis emaci,
Quæ nisi seductis nequeat committere diuis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuiuis prōptū est murmurq́, humilesq́ su-
Tollere de templis, & aperto viuere voto. (surros

Mens

Meus bona, fama, fides: hæc clarè, & ut audiat ho-
Illa sibi introrsũ, & sub lingua imurmurat: ô si (spes
Ebullet patrui præclarum funus: & ô si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule, pupillúmue utinã, quem proximus hæres
Impello, expungam: namq; est scabiosus, & acri
Bile tumet. Nerio iam tertia* conditur uxor
Hæc sancte ut poscas, Tiberino in stúmine mergis,
Mane caput bis, térque, & noctem flumine purgas.
Heus age, responde (minimũ est quod scire laboro)
De Iove quid sentis? est ne ut præponere cures
Hunc cuiquã? cuinã? vis Staio? an scilicet hæres?
Quis potior iudex, puerísue quis aptior orbis?
Hoc igitur, quo tu Iouis, aurem impellere tentas,
Dis agedum Staio: prô Iupiter, ô bone clamet
Iupiter, at sese clamet non Iupiter ipse?
Ignouisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex
Sulfure discutitur sacro, quàm tuq; domúsque?
An quia non fibris ouium, Ergennáque iubente
Triste iaces lucis, euitandúmque bidental,
Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Iupiter? aut quidnam est, qua tu mercede deorum
Emeris auricula, pulmone, & lactibus vnctis?
Ecce auia, aut metuens diuúm matertera, cunis
Exemit puerum, frontémque, atque vda labella
Infami digito, & lustralibus ante saliuis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.
Tũc manibus quatit, & spem macrã supplice voto

dies infaustos nigro calculo, faustos albo notabant: author Plinius.

*al. ducitur.

Putas Deos eiusmodi votis non offendi, qui iusti sunt, cum & Staius ipse veneficus sceleratissimus non posset non offendi, si ea audiat.

Si non statim fulmine tactus es, putas impune te quæuis perpetraturum. In superstitionem, & vanissimas preculas mulierum.

Spem macrã: vel quia voto postea non fruitur: vel quia futura omnia incerta sunt.

Nunc

Licin. optat summas diuitias & honores.

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes,
Hunc optent generum rex, & regina: puellæ
Hunc rapiant: quicquid calcauerit, hic, rosa fiat.
Ast ego nutrici non mando vota, negato
Iupiter hæc illi, quamuis te albata rogarit.
Poscis opem neruis, corpusque fidele senectas
Esto age: sed grandes patinæ, tucetaque crassa
Abnuere his superos vetuere, Iouemq; morantur,
Rem struere exoptas cæso boue, Mercuriumque
Arcessis fibra: Da fortunare penates,
Da pecus, & gregibus fœtum. Quo pessime pacto,
Tot tibi cum flamma iunicum omenta lequescant?*
Attamen hic extis, & opimo vincere farto
Intendit: iam crescit ager, iam crescit ouile,
Iam dabitur, iam iam, donec deceptus, & expes*
**Nequaquam fundo suspiret nummus in imo.*
Si tibi crateras argenti, incusaque pingui
Auro dona feram, sudes, & pectore læuo
Excutias guttas, latari prætrepidum cor.
Hinc illud subijt, auro sacras quod ouato
Perducis facies, nam fratres inter ahenos,
Somnia pituita qui purgatissima mittunt,*
Præcipui sunto, sitque illis aurea barba.
Aurum vasa Numæ, Saturniaque impulit æra,
Vestalesque vrnas, & Thuscum fictile mutat.
O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes!
Quid iuuat hos templis nostros immittere mores?
Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?

Bonam valetudinem poscis cum luxu, & crapula diffluas, & assiduis sacrificijs vis ditescere, cũ te plane exhaurias.

*al. in flammas.

*al. despectus.

*al. Nequicquam.

Frat. ahe statuas quinquaginta filiorum Ægyti, quæ Romæ in quadam porticu somnia felicia immittere credebantur.

*al. pituitæ. & fortasse melius.

Hæc

Hæc sibi corrupto casiam dissoluit olivo:
Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus:
Hæc baccam concha rasisse, & stringere venas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc, peccat, vitio tamen vtitur: at vos
Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine puppæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius fasq; animi, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo vt admoneam templis, & farre litabo.

Dij non iisdem nobiscū affectibus ducuntur: proinde neque nostris ceremonijs delectantur, sed synceritate animi, & vitæ integritate.

SATYRA III.

NEmpe hoc assiduè, iã clarum mane fenestras
Intrat, & angustas extendit lumine rimas.
Stertimus, indomitum quod despumare falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur vmbra.
En quid agis? siccas insana canicula messes
Iãdudū coquit, et patula pecus omne sub vlmo est,
Vnus ait comitum. Verūmne: Itāne? ocyus adsit
Huc aliquis. nemon? turgescit vitrea bilis,
**Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas.*
Iam liber, & bicolor positis membrana capillis,
Inque manus charta, nodosaque venit arundo.
Tunc querimur crassus calamo quòd pendeat hu-*
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha: (mor:
Dilutas querimur geminet quod fistula guttas.*
O miser, inque dies vltra miser! hucine rerum
Venimus?

In parentum in liberis educandis, & liberorum circa bonas disciplinas negligentiam, qui ingenua animum nobilis honestis rebus excolant, cum ea ætas ad percipienda bona studia sit accommodatissima. Quinta dum, &c. significat propediem medium fuisse.

*al. Finditur, Arcadiæ, &c.
*al. querimur in vtroque versu.

Venimus? at cur non potius teneroq; columbo,
Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis? & iratus mamma lallare recusas?
An tali studeam calamo? cui verba? quid istas
Succinis ambages? tibi lūdi ur, effluis amens,
Contemnere: sonat vitium percussa maligne
Respondet viridi non cocta fidelia limo.
Vdū, & molle lutū es, nūc nūc properandus, & acri
Fingendus sine fine rotā. sed rure paterno
Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum.
Quid metuas? cultrixque foci secura patella.
Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quòd Thusco ramum millesime ducis,
Censorémue tuum, vel quòd trabeate salutas?
Ad populum phaleras: ego te intus, et in cute noui.
Non pudet ad morem discincti viuere Nacca?
Sed stupet hic vitio, & fibris increuit opimum
Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto
Demersus, summa rursus non bullit in vnda.
Magne pater diuūm saeuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis (cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno)
Virtutem videant, intabescantq; relicta.
Anne magis Siculi gemuerunt aera iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureas subter ceruices terruit? Imus,
Imus praecipites, quàm si sibi dicat, & intus
Palleat infelix, quòd proxima nesciat vxor?

Sape

Effluis: prodis teipsum qualis sis, nimirum mollis & ignauus.

In teneris annis pueri bonis disciplinis, & moribus informandi sunt. Tibi places quòd ex generosis natus sis, cùm vera nobilitas non ex maiorum signis, sed animi bonis metienda sit.

Nullum est grauius supplicium, quàm mēs sibi male conscia.

Siculi Inuenci: id est, tauri Phalaridis

Sæpe oculos, memini, tingebam paruus oliuo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Discere, ab insano multum laudanda magistro,
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
Iure etenim id summum: quid dexter sœnio ferret
Scire erat in voto, damnosa canicula quantum
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ:
Neu quis calludior buxum torquere flagello.
Haud tibi inexpertũ est curuos deprendere mores,
Quæq; docet sapiens bracatis illita Medis
Porticus insomnis, quibus indetonsa iuuentus
Inuigilat siliquis, & grandi pasta polenta:
Et tibi quæ Samios diduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstrauit limite callem.
Stertis adhuc? laxumq; caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis undique malis?
Est aliquid, quò tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris coruos, testaq;, lutoq;
Securus quò pes ferat, atque ex tempore vinis?
Elleborum frustra, cum iam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.
Ecquid opus Cratero magnos promittere montes?
Discite q; ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quid nã victuri gignimur: ordo
Quis datus: aut metæ quàm mollis flexus, et vnde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet: patriæ, charisq; propinquis
Quantum elargiri deceat: quem te deus esse
Iussit,

Quid in pœritiam libenter agat vnusquisque.

Brac. Stoici qui in ποικίλῃ porticu docebant, vnde nomen inuenerunt. Tria studiosis maximè necessaria: vigilantia, nimij cultus corporis neglectus, & victus frugalitas.

Nullus est tibi finis præscriptus, ad quem omnia referas? certè inquit, nisi à teneris philosophiæ præceptis animũ assuefacias, non est quod bene beatéque viuere possis, etiamsi sit vtcunque vnde viuas.

Iussit, & humana qua parte locatus es in re,
Disce: neque inuideas, quod multa fidelia putes.
In loculo plete penu, defensis pinguibus vmbris,
Et piper, & perna Marsi monumenta clientis,
Mendaque quod prima nondum defecerit orca.
Hic aliquis de gente hircosa Centurionum
Dicat, quod satis est, sapio mihi: non ego curo
Esse quod Arcesilas, aerumnosique Solones.
Obstipo capite, & figentes lumine terram,
Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt.
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris medicantes somnia, gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
Hoc est, quod palles: cur quis non prandeat, hoc est.
His populus ridet, multumque toresa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus, & agri
Faucibus exuberat graueis halitus, inspice sodes,
Qui dicit medico iussus requiescere, postquam
Tertia compositas vidit vox currere venas,
De maiore domo modice sitiente lagena
Lenia loturo sibi Surrentina rogauit.
Heus bone, tu palles. Nihil est. Videas tamen istud
Quicquid id est, surgit tacite tibi lutea pellis.
At tu deterius palles, ne sis mihi tutor.
Iampridem hunc sepeli: tu restas. Perge, tacebo.
Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur,
Gutture sulfureas lente exhalante Mephites.

Arcesilas philosophus Academicus, Crantoris discipulus, cuius monita ab imperitis habebantur ludibrio.

Rabiosa silẽ. sumptum est a canibus qui rabie correpti non latrãt clarè: sed silentio mordent.

In eos, qui cum valetudinarij sint, tamen ob intemperantiã medico non auscultant, & sibi certissimum exitium accersunt, digni qui contemptæ virtutis pœnas dent.

Mephites, teræ putidus halitus, ex aquis sulphuratis maximè prouoniens.

Sed

ad tremor inter vina subit, calidúmque trientem
Excutit e manibus, dentes crepuêre retecti,
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
Hinc tuba, candelæ, tandémque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis
In portas rigidos calces extendit: at illum
Hesterni capite induto subiere Quirites.
Tange miser venas, & pone in pectore dextram,
Nil calet hic: summos ne pedes attinge, manúsque:
Non frigent. visa est si forte pecunia, siue
Candida vicini subrisit molle puella:
Cor tibi rite salit: positum est algente catino
Durum olus, & populi cribro decussa farina.
Tentemus fauces, tenero latet vlcus in ore
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges, cum excussit membris tremor albus aristas.
Nunc face suppositâ feruescit sanguis, & ira
Scintillant oculi: dicisque, facisque quod ipse
Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.

Hinc tu. funus præparatur. In funere digniore tuba olim canebatur, in plebeio tibia.

Pestilentior animi, quàm corporis morbus, quo qui laborant, sani esse non possunt etiã si corpore valeant.

Cum febri laboras, tam leui occasione offenderis, vt insanus videri possis.

SATYRA IIII.

REm populi tractas? (barbatum hoc crede magi-
Dicere, sorbitio tollit quẽ dira cicutæ) (stru
Quo fretus? dic hoc magni pupille Pericli.
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit: discenda, tacendáque calles.
Ergo vbi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Maiestate manus: quid deinde loquere? Quirites,

In eos, qui rerum humanarum imperiti, temere se ad gerendum magistratum ingerunt, in primis autem in Neronem, qui iuuenis per scelus imperium oc-

cupauit, imperio inep-
tissimus.

Nigrum theta: i. mortiferum signum: fuit enim theta condemnationis nota, qua significatur θάνατος, id est, mors.

nunc & ob nobilitatem, & fortunam se vendita, cum alioqui nihil sapias. Hominum more fit, inquit, vt ad aliena vitia simus oculatissimi, ad nostra planè cęcutiamus. Nã inuitis cuiusdam auaritiam, & parsimoniam fallè obseruatus, in nobis maiora flagitia non animaduertimus.

Hoc puto non iustum est, illud malè, rectius istud.
Scis etenim iustum gemina suspendere lance
Ancipitis libræ: rectum discernis, vbi inter
Curua subit, vel cum fallit pede regula varo:
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus
Ante diem blanda caudam iactare popello
Desinis, Antiyras melior sorbere meracas?
Quæ tibi summa boni est? vncta vixisse patella
Semper, & assiduo curata cuticula sole?
Expecta haud aliud: respondeat hæc anus: i nunc
Dinomaches ego sum, suffla, sum candidus: esto,
Dum me deterius sapiat pannucia Baucis,
Cum bene discincto cantauerit ocyma vernæ.
Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.
Quæsieris, Nostin' Vectidi prædia? cuius?
Diues arat Curibus, quantum nõ miluus oberret.
Hunc ais? hunc Dijs iratis, genióque sinistro.
Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit
Seriolæ veteris metuens deradere limum
Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordens
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam,
Pannosam fœcem morientis sorbet aceti.
At si vnctus cesses, & figas in cute solem,
Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores, penémque, arcanáque lumbi
Runcantem populo marcentes pandere vulnas.

Tu

Tu cum maxillis balanatum gausape pectas,
Aquinibus quare detorsus gurgulio extat?
Quinque palæstritæ licèt hæc plantaria vellant,
Illixáque nates labefactent forcipe adunca:
Non tamen ista filix vllo mansuescit aratro.
Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis,
Mittitur hoc pacto, sic neuimus: ilia subter
Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro
Protegit: vt mauis, da verba, & decipe neruos
Ipotes, egregium cum me vicinia dicat,
Non credam? Viso si palles, improbe, nummo,
Si facis in penem quicquid tibi venit amarum,
Si puteal multa cantus vibice flagellas,
Nequicquam populo bibulas donaueris aures.
Respice quod non es, tollat sua munera cerdo:
Tecum habita, noris quàm sit tibi curta supellex.

Cædimus, inque. versus prouerbialis, a militia sumptus significans nos alios carpere, & mordere, & vicissim ab alijs carpi, & morderi

Si conscius es tibi sceleris alicuius non credes vulgo magnifica de te prædicanti, sed potius conscientiæ tuæ.

SATYRA V.

VAtibus hic mos est centum sibi poscere voces,
Centũ ora, et linguas optare in carmina centũ,
Fabula seu mœsto ponatur hianda tragœdo,
Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
Quorsum hæc? aut quantas robusti carminis offas
Ingeris, vt par sit centeno gutture niti?
Grande loquuturi nebulas Helicone legunto,
Si quibus aut Progne, aut si quibus olla Thyestæ
Feruebit, sæpe insulso cœnanda Glyconi.
Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos: nec clauso murmure raucus

Inducit hac satyra Cornelium præceptorem suum mirantem, quòd cũ satyram scribere instituisset poeta, materiam nõ perinde arduam, tam tragico initio vteretur, vt centum linguas sibi optaret. Cui respondet Persius se id

non ad nugas petere, sed ad animum suũ etga præceptorem exprimendum, qui alioqui tam est vehemẽs, vt vix centũ linguis possit exprimi, neque id immeritò. nam vbi, inquit, e pueritia excessissem, me dedi tibi in disciplinam, & ætatem meam teneram adhuc, optimis moribus formasti, & conuictu tuo, quo ita suauiter tecum sum vsus, vt prouidẽtia quadam diuina videamur eodem ingenio nati, cum tamen vulgò tanta diuersitas sit studiorũ, vt vix millesimus quisque cum altero conueniat in vita, sed diuersa sequatur studia.

Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè:
Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba togæ sequeris, iunctura callidus acri
Ore teris modico, pallentes radere mores
Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe quæ dicas, mensamq; relinque Mycenis
Cum capite, & pedibus, plebeiaque prandia noris,
Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis
Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur, tibi nunc hortante Camœna
Excutienda damus præcordia, quantáque nostra
Pars tua sit Cornute anima, tibi dulcis amice
Ostendisse iuuat: pulsa, dignoscere cautus
Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.
Hic ego centenas ausim deposcere voces,
Vt quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce traham pura, totúmque hoc verba resignent,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Cum primùm pauido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis laribus donata pependit:
Cum blandi comites, totáque impune Suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo:
Cumq; iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes,
Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu. tunc fallere solers
Apposita intortos ostendit regula mores,
Et premitur ratione animus, vincíque laborat,

Artificemq;

Artificémque tuo ducit ſub pollice vultum.
Tecum etenim longos memini conſumere ſoles,
Tecum primas epulis decerpere noctes:
Cum opus, & requiem pariter diſponimus ambo,
Atque verecunda laxamus ſeria menſa.
Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Conſentire dies, & ab vno ſidere duci,
Noſtra vel æquali ſuſpendit tempora libra
Parca tenax veri, ſeu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum,
Saturnúmque grauem noſtro Ioue frãgimus vnà:
Neſcio quod certè eſt, quod me tibi tẽperat aſtrũ.
Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana cymini:
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno:
Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
In Venerem putris: ſed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum craſſos tranſiſſe dies, lucémque paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis:
Cultor enim iuuenum purgatas inſeris aures
Fruge Cleanthea. petite hinc iuuenéſque, ſeneſq;
Finem animo certum, miſeriſque viatica canis.
Cras hoc fiet. idem cras fiet, quid? quaſi magnum
Nempe diem donas? ſed cum lux altera venit,

Diuerſa mortalium ſtudia eſſe oſtendens Cornutum philoſophari dicit, & ſapientiæ amore duci: cui non niſi qui libero animo fuerit, vacare poſſit.

Cleãthes Zenonis ſucceſſor fuit, in Stoica diſciplina: cui inprimis operam dedit. Cornutus.

Exhortatio ad iuuentutem, vt ex philoſophia

sibi virtutem viaticum ad beatam vitã comparet.

Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit vltrà.
Nam quamuis prope te, quamuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum,
Cum rota posterior curras, & in axe secundo,
Libertate opus est, non hac vt quisque Velina

Libertate quidem opus est ad virtutem, verùm ea, quæ animum a vitijs & affectibus prauis liberat, non ea, quæ donatus aliquis Romanæ ciuis efficitur.

Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet: heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit. hic Dama est non tressis agaso,
Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax:
Veterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama, papæ, Marco spondente recusat
Credere tu nummos? Marco sub iudice palles?
Marcus dixit: ista est: assigna Marce tabellas.

Liberior Bruto, qui tyrannis ex vrbe pulsis, vindex fuit Romanæ libertatis.

Hæc mera libertas? hanc nobis pileus donat?
An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, vt voluit? licet, vt volo, viuere: non sum
Liberior Bruto? Mendose colligis, inquit

Syllogismo colligit seruum esse, qui cupiditatibus suis seruiat, etiamsi sibi liber videatur.

Stoitus, hic aurem mordaci lotus aceto:
Hæc reliqua accipio, licet, vt volo, viuere, tolle,
Vindicta postquam meus a prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masuri rubrica vetauit?

Prætor libertatẽ vtcunq; dare potest, sapientiam non potest, vnde vera libertas profi-

Disce, sed ira cadat naso, rugosáque sanna,
Cum veteres anias tibi de pulmone reuello.
Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque vsum rapidæ permittere vitæ,
Sambucam citius caloni apparueris alto.

Stat

a contrà ratio, & secretam gannit in aurem,
Si liceat facere id, quod quis vitiauit agendo.
Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis elleborum certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Nauim si poscat, sibi peronatus orator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta periisse
Frontem de rebus: tibi recto viuere talo
Ars dedit, & veri speciem dignoscere calles,
Nequa subærato mendosum tinniat auro,
Quæq; sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
Sis modicus voti, presso lare, dulcis amicis:
Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes,
Inq; luto fixum possis transcendere nummum,
Nec gluto sorbere salinam Mercurialem.
Hæc mea sunt, teneo, cum verè dixeris, esto
Liberque, ac sapiens prætoribus, ac Ioue dextro.
Sin tu, cum fueris nostra paulo ante farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem:
*Quæ dederam supra repeto, *funémque reduco.*
Nil tibi concesserit ratio, digitum exere. peccas.
Et quid tam parvum est? sed nullo thure litabis,
Hæreat in stultis brevis vt semuncia recti.
Hæc miscere nefas, nec cum sis cætera fossor,
Tres tantùm ad numeros satyri moueare Bathylli.

cisci tur, & vitæ officia. Nam leges, & sensus communis quosuis docent, quibus abstinendum sit in commune: verùm rectè sapere, veri speciem a vero discernere, moderatum, & liberalem cum opus est, & cõtinẽtem esse, paruóque contentum, hoc demum est hominis verè liberi: quod si non verè aliquis, sed fucatè boni viri speciem præ se ferat multo minùs liber erit, sed mãcipium.

*al funémque legunt: sed hæc melior videtur lectio: significat autem in seruitutem redigo: & ducitur a iumentis, quæ laxato fune liberius vagantur.

Liber ego. Vnde datũ hoc sumis tot subdite rebus?
An dominum ignoras, nisi quẽ vindicta relaxat?
I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer,
Si increpui, cessas nugator, seruitium acre
Te nihil impellit? nec quicquã extrinsecus intrat
Quod neruos agitet: sed si intus & in iecore agro
Nascuntur domini, quis tu impunitior exis,
Atq́, hic, quẽ ad strigiles scutica, et metus egit he-
Manè piger stertis: Surge inquit, anaritia, eia (rilis?
Surge: negat sinistat, Surge inquit: Nõ queo. Surge.
Et quid agã? Rogitas? En, saperdam aduehe Ponto
Castoreum, stuppas, hebenum, thus, lubrica Coa,
Tolle recens primus piper e sitiente camelo,
Verte aliquid, iura. Sed Iupiter audiet, eheu.
Vare regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si viuere cum Ioue tendis.
Iam pueris pellem succinctus, & œnophorum aptas
Ocius ad nauem, nihil obstat, quin trabe vasta
Æqœum rapias, nisi solers luxuria antè
Seductum moueat, quò deinde insane ruis? quò?
Quid tibi vis? calido sub pectore masculabilis
Intumuit, quam non extinxerit vrna cicutæ,
Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro? Veientanúmque rubellum
Exhalet vapida lasum pice sessilis obba?
Quid petis, vt nummi, quos hic quincũce modesto
Nutrieras, peragant auidos sudore deunces?
Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est

Quod

Seruitutem corporis non tam grauem, quàm animi esse docet.

Seruitus ab auaritia, quæ hominẽ mirè distrahit ad sordes, & parsimoniã, & ad pericula subeunda solicitat: contrà luxuria ab omnibus illis dehortatur, ad voluptates exhortatur hac occasione, quòd mortuo nihil proderunt diuitiæ. vult autem miserrimum seruitutis genus vnijs inter se contrarijs laborare.

Quod vinis: cinis, & manes, & fabula fies,
Vive memor leti, fugit hora, hoc q̃ loquor, inde est.
En quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo.
Hũccine, an hũc sequeris? subeas alternus oportet
Ancipiti obsequio dominos, alternus oberres,
Ne tu cum obstiteris semel, instantique negaris
Parere imperio, rumpi iam vincula, dicas.
Nam luctata canis nodum arripit, ast tamen illa
Cum fugit, a collo trahitur pars longa catenæ.
Dane citò hoc credas iubeo, finire dolores
Peteritos meditor, crudum Chærestratus vnguẽ
Abrodens ait hæc: an siccis dedecus obstem
Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
Imẽ ad obscœnum frangam, dum Chrysidis vdas
Ebrius ante fores extincta cum face canto?
Fuge puer sapias Diis depellentibus, agnam
Percute, sed censen' plorabit Dane relictã?
Vngaris, solea puer obiurgabere rubra,
Ne trepidare velis, atque arctos rodere cassis.
Nũc ferus & violẽs, ac si vocet, haud mora, dicas,
Quidnã igitur faciã? ne nũc, cũ accersor, & vltrò
Supplicet, accedam? si tatus, & integer illinc
Exieris, nũc nunc, hic hic, quem quærimus hic est.
Non in fesluca, lictor quam iactat ineptus.
Vs habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Fretata ambitio? vigila, & cicer ingere largè
Rixanti populo, nostra vt Floralia possint
Aprici meminisse senes: quid pulchrius? at cum

Subeas altern. per vicés modò auaritiæ, modò luxuriæ seruias necesse est.

Argumento ex comœdia sumpto ostẽdit eum qui meretricio amore captus sit, liberum non esse, nisi illum ex animo totum excutiat, tum demum liberiorem futurum, quàm is, qui a prætore manu mittitur.

Liberos non esse ait, cum ambitiosos omnes, cum superstitiosos, & inprimis ludaicis sabbatismis & ceremonijs deditos.

Heredis venere dies, vnctáque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuêre lucernæ,
Portantes violas, rubrúmque amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alta fidelia vino,
Labra moues tacitus, recutitáque sabbata palles.
Tunc nigri lemures, ouóque pericula rupto,
Tunc grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos
Incussere Deos inflantes corpora, si non
Prædictum ter manè caput gustaueris alli.
Dixeris hæc inter varicosos centuriones,
Continuò crassum ridet Vulpedius ingens,
Et centum Græcos curto centusse licetur.

SATYRA. VI.

Ad Cesium Bassum eximium poëtam Lyricum scribit, rogátque num apud Sabinos hybernet, & cantu sese oblectet: se enim iam ad portum Lunæ, quæ in Liguria vrbs est concessisse, de qua meminit Ennius: illic autem velle se quietè viuere, ab omni ambitione, & strepitu alie-

ADmouit iam bruma foco te Basse Sabino?
Iã ne lyra, et tetrico viuũt tibi pectine chordæ?
Mire opifex numeris veterum primordia vocum
Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ,
Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honesto
Egregios lusisse senes: mihi nunc Ligus ora
Intepet, hybernatq́; meum mare, quâ latus ingens
Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.
Lunai portum est operæ cognoscere ciues,
Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides quintus pauone ex Pythagoreo.
Hic ego securus vulgi, & quid præparet Auster
Infelix pecori, securus, & angulus ille
Vicini, nostro quia pinguior, etsi adeo omnes
Ditescant horti peioribus, vsque recusem

Curuus

Curuus ob id minui senio, aut cœnare sine vncto,
Et signum in vapida naso tetigisse lagena.
Discrepet his alius: geminos horoscope varo
Producis genio. solis natalibus est qui
Tingat olus siccum muria vafer in calice empta.
Ipse sacrum irrorans patinæ piper, hic bona dente
Grādia magnanimus peragit puer. vtar ego, vtar,
Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam.
Messe tenus propria viue, & granaria, fas est,
Emole: qd metuis? occa, & seges altera ī herba est,
Ast vocat officium trabe rupta: Brutia saxa
Prendit amicus inops, remq́ omnem, surdaq́ vota
Condidit Ionio, iacet ipse in littore, & vna
Ingentes de puppe Dei, iamq́ obuia mergis
Costa ratis laceræ: nunc & de cespite viuo
Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
Cærulea in tabula. sed cœnam funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtaueris, vrnæ
Ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum,
Seu ceraso peccent casiæ nescire paratus.
Tu ne bona incolumis minuas? sed Bestius vrget
Doctores Graios: ita fit, postquam sapere vrbi
Cum pipere, & palmis venit nostrum hoc maris ex
Cœnisecæ crasso vitiarunt vnguine pultes. (pers,
Hæc cinere vlterior metuas? at tu meus hæres
Quisquis eris, paulum a turba seductior audi:
Bone, num ignoras? missa est a Cæsare laurus

nissimum, vnde occasione capta, eos ridet, qui nihil non agunt, vt hæredes suos locupletent, ipsi interea cū summa parsimonia, ac pene inopia victitent, & contra eos, qui patrimonium suum prodigunt.

Num solicitus es, inquit poëta ne parum magnificè efferatur funus tuum ab hærede, si aliquanto commodiùs vixeris, certè ego ait

Insignem

si ob res feliciter a Cæsare gestas velim dijs hecatombeni offerre, & populo epulum largiri, nihil morabor hæredē meum.

Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus exuritur cinis, ac iam postibus arma,
Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis
Essedáque, ingentésque locat Cæsonia Rhenos.
Dijs igitur, genióque ducis centum paria, ob res
Egregiè gestas, induco. quis vetat? ande.
Va, nisi connines. oleum, artocreásque popello
Largior, an prohibes? dic clarè. Non audeo, inquis.
Exossatus ager iuxta est: age, si mihi nulla

Bouillę vicus inter vrbem Romam, & Arretiam in via Appia, in quo cæci, & mutilati corporis homines mendicabant.

Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, sterilis matertera vixit,
Déque auia nihilum superest, accedo Bouillas
Cliuumq; ad Virbi: præsto mihi Mannius hæres,
Progenies terræ. quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud prōptè: dicā tamē, adde etiā vnum,
Vnum etiam, terræ est iam filius, & mihi ritu
Mannius hic generis prope maior auunculus exit.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?
Sum tibi Mercurius, venio Deus huc ego, vt ille
Pingitur: an renuis? vin' tu gaudere relictis?
Deest aliquid summæ: minui mihi, sed tibi totū est,
Quicquid id est, vbi sit, fuge quærere, & mihi quō-
Legarat Stadius, neu dicta repone paterna. (dā
Fœnoris accedat merces, hinc exime sumptus.
Quid reliquum est? relquum? nunc nunc impensius
Vnge puer caules: mihi festa luce coquatur (vnge,
Vrtica, & fissa fumosum sinciput aure,
Vt tuus iste nepos olim satur unseris extis

An parcè & sordidè inquit, me vis viuere, vt hæres nequiter & perditè mea consumat

Cum

Cum morosa vago singultiet inguine vena.
Patritiæ immeiat vuluæ? mihi trama figuræ
Sit reliqua? aſt illi tremat omento popa venter?
Vede animam lucro, mercare, atque excute ſolers
Omne latus mundi, ne ſit præſtantior alter
Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.
Rem duplica. feci iam triplex, iam mihi quartò,
Iam decies redit in rugam. depinge vbi ſiſtam
Iuuentus, Chryſippe, tui finitor acerui.

me macerem inedia, vt illo ſaginetur?

FINIS.

utrum cœlibatu p̄stat, an conjugio,
vitam agere.






John Bell

Veram nobilitatem, non
traducem a maioribus de
rivari, verum in sua virtute
sitam esse. Frustra osten
tari famosas parentum ima
gines, si ipsi in ignavos, sal
varios, ganeones, et gladia
tores per omnem turpi
tudinem degenerarint.

John Bell.

william chaulner
william chaulner

HORATII FLACCI

Poëmata,

SCOLIIS ET ARGVMENTIS ab HENR. STEPHANO illustrata.

IVNII IVVENALIS ET AVLI PERSII FLACCI

Satyræ.

Iam recèns recognitæ, simul ac adnotatiunculis, quæ breuis commentarij vice esse possint, illustratæ.

LONDINI,
Apud *Melchisedechum Bradwood*,
Impensis IOANNIS NORTON.

Anno Dom. 1602.